

DISPUTATIO XLI.

De Officiis & Statibus hominum.

Officium hic importat conditionem secundum quam incumbit alicui, ut aliqua opera præstet in aliorum utilitatem, & secundum superioritatem dicitur gradus; status verò immobilitatem quandam conditionis significat; status à jurisperitis in sensu latiori sumitur pro certâ quâdam conditione sic dicitur status reipublicæ Romanæ §. fin. instit. de J. & J. lib. 1. tit. 1. status obligationis eodem sensu dici solet. In sensu verò strictiore sumitur pro conditione hominum ex qualitate aliquâ naturali vel legali, & describi potest conditio seu qualitas personarum, quæ facit ut quis societatis alicujus membrum sit & ejusdem juris communionem habeat, à Theologis vero sumitur status latè pro quâcunque conditione vitæ, undè dicitur status innocentie, status legis naturæ, status legis scriptæ & status legis gratiæ; strictè vero sumitur pro firmâ & immobili conditione vitæ, quia ex S. Th. nomen status significat quandam firmitatem, derivatur enim à stando, quod importat permanentiam & sub hâc acceptione status viatorum dividitur in *Episcopalem*, quo Episcopi obstricti sunt suæ Ecclesiæ, *religiosum*, quo religiosi sunt obstricti obsequio divino & *conjugalem* quo conjuges mutuo obsequio sunt obstricti.

QUÆSTIO I.

De statu Episcoporum.

Nomen Episcopi derivatum à Græco idem significat ac superintendens, ut ex ipso nomine intelligatur munus ac officium Episcopi esse aliorum salutem intendere & invigilare, de potestate tum ordinis tum jurisdictionis Episcopalis sæpius in aliis locis tractatur, undè

hic

De
 Statum
 Th. Q. 18
 complecter
 DICO:
 in seâ soli
 Antequa
 Nota 1.
 in charitate
 parum at
 in rei perfe
 in ultimis
 in 6. dicit
 Deus in
 in possibili
 iter ex par
 in enim co
 in dum oi
 in Primò o
 in vortalia rep
 in impediri
 in Deum, i
 Nota 2.
 in no sunt in
 in refectionis
 in quis esse i
 in quâ solert
 in aliqui
 in tionis, ne
 in plent ea,
 in obligarunt.
 in Probatu
 in intellige
 in mos & Cl
 in demitter
 in tati per ac

hic statum Episcoporum in genere & deinde quæ S. Th. Q. 185. pertractat aliquot quæstiunculis breviter complectemur.

DICO: *Non omnes prælati sunt in statu perfectionis sed soli Episcopi.* S. Th. hic Q. 184. a. 6. O.

Antequam probetur conclusio, pro intelligentiâ

Nota 1. Quod vitæ Christianæ perfectio consistat in charitate: quia unumquodque perfectum est, in quantum attingit proprium finem, in quo consistit ultima rei perfectio, sed per charitatem unimur Deo, qui est ultimus finis humanæ mentis undè 1. Joannis 4. v. 16. dicitur: *Qui manet in charitate in Deo manet & Deus in eo*, hæc autem perfectio etiam in hac vitâ est possibilis, non quidem ut homo diligat Deum totaliter ex parte diligibilis, quantum Deus diligibilis est: hoc enim competit soli Deo; neque ut homo semper secundum omne suum posse tendat in Deum, sed ita ut Primò omnia charitati contraria, nempe peccata mortalia repudiet atque detestetur, deindè etiam omnia impedimenta, quibus affectus, ne totaliter tendat in Deum, impeditur, removeantur.

Nota 2. Quod aliqui sint perfecti, qui tamen non sunt in statu perfectionis, aliqui vero sunt in statu perfectionis, & tamen non sunt perfecti: dicitur enim aliquis esse in statu perfectionis ex hoc, quod se cum aliquâ solemnitate obligarit ad ea, quæ sunt perfectionis; aliqui vero se obligarunt ad ea, quæ sunt perfectionis, nec ea tamen implent, aliqui vero econtra implent ea, quæ sunt perfectionis, nec tamen ad ea se obligarunt. His notatis.

Probatur conclusio: Non omnes Prælati Ecclesiastici (intelligendo per prælatos Ecclesiasticos alios Presbyteros & Clericos non religiosos, nec Episcopos) se solemniter obligarunt ad ea, quæ sunt perfectionis (nisi per accidens ratione voti continentiæ in occiden-

rali Ecclesiâ sacris ordinibus annexi) Episcopi vero se obligarunt solemniter ad ea, quæ sunt perfectionis, pastorale assumentes officium; ad quod pertinet ut animam suam ponant pro ovibus suis, quod est maximæ perfectionis: cum majorem charitatem nemo habeat, quam ut animam suam ponat pro amicis suis. In aliis autem presbyteris v. g. & Diaconis etiam curam animarum habentibus id non reperitur: quia vel attenditur ordo, & vi istius ordinantur ad quendam actum exercendum in divinis officiis, non autem ad ea, quæ sunt perfectionis, ergo vi ordinis non ponitur quis in statu perfectionis; vel attenditur cura animarum, & nec vi istius ponuntur in statu perfectionis: non enim obligantur ex hoc ipso vinculo perpetui voti ad curam animarum retinendam, sed possunt eam deserere vel transeundo ad religionem etiam sine licentiâ Episcopi, vel alio modo cum licentiâ Episcopi eam dimittendo, quod non liceret, si essent in statu perfectionis, *Quia nemo mittens manum ad aratrum & respiciens retro apertus est regno Dei.* Lucæ 9. v. 62. undè Episcopi qui sunt in statu perfectionis non nisi autoritate summi Pontificis & ex certis causis possunt Episcopalem curam deserere.

Obj. 1. Episcopi non sunt in statu perfectionis: tum quia non habent interiorem perfectionem charitatis, & ità simularent perfectionem quam verè non habent. Tum quia ad perfectionem requiritur, ut omnia temporalia relinquuntur juxtà illud Christi Matth. 19. v. 21. *Si vis perfectus esse vade, vende, quæ habes & pauperibus,* Episcoporum autem status non requirit, ut omnia bona temporalia relinquuntur, sed est compatibilis cum bonis fortunæ. Tum quia S. Th. opusc. 18. de perfect. vitæ spirit. cap. 23. inquit: *Illi statum perfectionis accipiunt, qui se servos constituunt ad opera perfectionis implenda.* Episcopi autem non

De
constitu
accipiente
Ad
vult per
perfectos,
aut qu
Ad 2. D
omnia te
tantur in
obonorum
quodd
ventur e
pur aliqui
alia, me
the ration
nus, si n
status,
fessionem
sibi
opiam vi
obis boni
suis dan
Ad 3. Se
fectionis
mines, f
hoc sensu
sunt ad
m, cui se
bus dorm
rentiâ sup
viam facta
Cleris.
Obj. 2.
in Parochi
Episcop

non constituunt se servos sed magis Dominos fidelibus præcipientes.

Ad 1. Negando, quod carentes perfectione simulent perfectionem: non enim profitentur se esse perfectos, sed esse obligatos ad ea, quæ sunt perfectionis, aut quibus ad perfectionem tenditur.

Ad 2. Distinguitur: ad perfectionem requiritur ut omnia temporalia actu relinquuntur N. ut relinquuntur in præparatione animi Con. actualis abdicatio bonorum temporalium non est perfectio, sed medium quoddam obtinendæ perfectionis, in quantum removentur ea, quæ perfectionem impediunt; potest igitur aliquis esse perfectus, qui possidet bona temporalia, modo cor eis non apponat, sed ea secundum rectæ rationis & charitatis ordinem expendat, & sic paratus, si necesse fuerit, ea dimittere; Episcoporum verò status, licet compatiatur bonorum temporalium possessionem, exigit tamen, ut non tantum pro salute Ecclesiæ sibi commissæ bona temporalia, sed etiam propriam vitam exponat Episcopus ad imitationem pastoris boni non tantum sua sed etiam seipsum pro ovibus suis dantis.

Ad 3. Sensus verborum S. Th. non est, quod status perfectionis exigat servitutem subjectionis ad alios homines, sed obligationis ad ea, quæ sunt perfectionis & hoc sensu verè Episcopi sunt servi, in quantum obligati sunt ad ministerium officii sui omnibus exhibendum, cui servituti non repugnat nisi fastuosus & superbus dominatus, quo Episcopi cum austeritate & potentiâ superbè subditis imperarent contra prohibitionem factam 1. Pet. 5. v. 3. *Neque ut dominantes in Cleris.*

Obj. 2. Alii Ecclesiastici ut Archidiaconi & Presbyteri Parochiales etiam sunt in statu perfectionis; ergo non soli Episcopi. Probatum ant. 1. quia sunt digniores religio-

ligiosis, qui sunt in statu perfectionis. 2. Quia sunt similiore Episcopis. 3. Quia sunt obligati ad curam animarum & ad animam pro commisso sibi populo ponendam.

R. Negando ass. ad primam probat. negatur paritas: non enim major dignitas officii, ad quod assumitur aliquis, exigit, ut sit in statu perfectionis, sed status exigit immobilem obligationem ad ea, quæ perfectionis sunt; & licet ut sanctè & dignè hoc munus obeant, obligentur ad charitatem & interiorem perfectionem, id tamen non est nisi per accidens nimirum ratione officii, quod dimittere possunt. Secunda probatio distinguitur: sunt similiore Episcopis quoad curam animarum Con. quoad perpetuam obligationem ad ea, quæ sunt perfectionis N. Ad 3. dico: quod cura animarum principaliter & perpetuò, ut se ab eâ expedire propriâ voluntate non possit, sit penes Episcopum, sed penes alios prælatos sit tantum secundariò, & temporaliter, donec eandem velint dimittere v. g. statum religiosum assumendo.

Q. I. An status Episcoporum sit perfectior statu religiosorum?

R. Affirmativè: quia status Episcoporum est ordinatus non tantum ad perfectionem passivam proprii subiecti, sed etiam ad perfectionem activam vel ad alios perficiendos, quod ex abundantia divinæ dilectionis provenit; licet ergo status religiosus ratione proprii suppositi sit præferendus statui Episcoporum; quia magis prodest acquirendæ perfectioni propriæ, quæ omnibus aliis animabus præferenda est: maximè enim tenetur homo suam salutem curare; ex hoc tamen non dicitur perfectior, quasi exerceat majoris perfectionis opera.

Si dicas: Status religiosus supereminet statui Episcopali in abrenuntiatione propriarum facultatum.

R. Juxtà statim dicta quod abrenuntiatio actualis non

De Or
 ipsa pe
 uti eti
 secun
 perinet
 pro ho
 fuerit co
 apinam
 ho,
 Q. 2. An
 u. i. Non
 em, bono
 nem grac
 ra, quib
 nio secun
 el avaritia
 Extrà ne
 piscopatur
 S. Aug.
 rur, sine
 aquo ad
 cur, &
 prælle eti
 colo expo
 gationibus
 facile quis
 sine nec
 gnus ad e
 lectum &
 nius profi
 bus nequan
 cellentiam
 itas Mart
 nar primo
 gregorius,
 R. obi. H

non sit ipsa perfectio sed potius instrumentum perfectionis uti etiam alia exteriores observantia, sed abrenuntiatio secundum preparationem animi ad perfectionem pertinet & haec maximè competit Episcopo, qui omnia pro honore Dei & salute gregis sui tenetur cum opus fuerit contemnere vel pauperibus gregis largiendo vel rapinam bonorum suorum cum gaudio sustinendo.

Q. 2. An liceat Episcopatum appetere?

R. 1. Non licet appetere Episcopatum propter honorem, bonorum temporalium abundantiam, celsitudinem gradûs; haec enim omnia tanquam adjuncta, quibus meliùs animarum saluti intendi possit, omninò secundario attendi debent, alias est vel ambitio vel avaritia.

2. Extrà necessitatem ordinariè illicitum est appetere Episcopatum, ut aliis praesit & prosit, ita sentire videtur S. Aug. lib. 19. de Civit. Dei Cap. 19. *Locus superior, sine quo regi populus non potest, etsi ita teneatur, atquo administratur, ut decet, tamen indecenter appetitur. Ratio est: quia appetentes in Episcopatu aliis praesit etiam ut pro sint, ordinariè se magno salutis periculo exponunt sine necessitate: eò quod omnibus obligationibus Episcopi satisfacere difficillimum est, atque facilè quis inaniter in honoribus & divitiis effertur. Dixi: sine necessitate: quia si necessarium sit, & appetens sit dignus ad exequenda opera in Episcopatu occurrentia, licitum & laudabile est appetere Episcopatum, ut proximis prosit, modo intentio maneat sincera, & non oculus nequam respiciat ad honorem, potentiam & praecellentiam cum Episcopatu conjunctam, quod Christus Matth. 23. reprehendit in Pharisaeis dicens: *Amant primos recubitas in caenis, & primas Cathedras in Synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi.* Hinc signanter Apost. 1. Timot. 3, ait. *Si**

quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat: velle enim illa implere, quæ Episcopalis muneris sunt licitum & laudabile est, & propter necessitatem desiderare illum statum, ut possit illa implere, omni caret præsumptione: quia tunc bonum commune promovendum illud desiderium exigit, & confidere potest desiderans de adiutorio divino sibi adfuturo, est autem talis necessitas si v.g. aliàs indignus ad Episcopatum esset promovendus, nisi dignus sese insinuet, aut propter labores, persecutiones, pericula nullus esset, qui vellet Episcopatum suscipere.

Q. 3. An Episcopatum injunctum liceat omnino recusare?

Respondet S. Th. sicut Episcopatus celsitudinem concupiscere malum est, ita Episcopatum à superiore mandatum animo obstinato recusare peccatum est, charitati & humilitati repugnans, charitati quidem, quia pro loco & tempore proximorum utilitati debet quis se exponere, unde Aug. lib. 19. de Civitat. Dei dicit: quod negotium justum suscipiat necessitas Charitatis; humilitati verò, per quam quis superiorum mandatis se subicit, unde Gregorius dicit in Pastoralis parte primâ circa medium; tunc ante Dei oculos vera est humilitas, cum ad respuendum hoc, quod utiliter subire præcipitur, pertinax non est.

Q. 4. An possit Episcopus Episcopatum deserere vel ad aliam Ecclesiam transire?

R. Potest cum licentia S. Pontificis, qui solus potest Episcopum à vinculo suæ Ecclesiæ solvere, & ex Causis quas exprimit summarium Cap. nisi cum pridem 10. de renunt. lib. 1, tit. 9, his versibus.

Debilis, ignarus, malè conscius, irregularis,

Quem mala plebs odit, dans scandala, cedere possit.

Prima ergo causa est debilitas Corporis tanta, ut reddatur Episcopus impotens ad exequendum officium Pastorale.

Se-

Secunda defectus scientiæ rerum spiritualium & temporalium ad regendam Ecclesiam necessariæ. Tertia Conscientia criminis, ob quod executio officii impeditur. Quarta irregularitas, in qua non solet fieri dispensatio. Quinta malitia plebis, si plebs subdita adeo duræ Cervicis sit, ut ex instructione potius deterior quam melior fiat. Sexta grave scandalum populi ob quod Prælati renuntiare debet, ne plus temporalem honorem proprium quam æternam salutem subditorum affectare videatur. Ad has reducuntur periculum vitæ Cap. ad supplicationem 9. de renunt. propter quod vitæ periculum, si salus subditorum non exigit Pastoris sui præsentiam, vel si in absentia proprii Pastoris possit per alium sufficienter provideri, potest Episcopus gregem suum corporaliter deserere, secus non, cum ipse in susceptione officii Episcopalis se obligaverit ad procurandam salutem spiritualem subditorum etiam cum proprio periculo corporali. Reducitur quoque ad præcedentes causas senium Cap. 1. de renunt. simonia ignorante promoti commissa Cap. post translationem 11. §. 3. eod. t. Causæ insufficientes sunt desiderium vitæ perfectioris, amor quietis & vitæ privatæ; humilitas transitus ad Religionem nisi ante Episcopatum fuisset emissum votum de Religione ingredienda Cap. per tuas 10. de voto. lib. 3. tit. 34.

2. Ab una ad aliam Ecclesiam transire non potest, nisi per legitimam auctoritatem, quæ competit soli summo Pontifici, transferatur propter necessitatem vel utilitatem Ecclesiæ, sine quâ talis translatio facienda non est, ut enim dicitur in Can. mutationes 34. Caus. VII. Q. 1. Mutationes Episcoporum communi utilitate atque necessitate fieri licet, sed non propriâ cuiusquam voluntate aut dominatione, & ex Can. si quis Episcopus 31. Caus. VII. Q. 1. & Cap. quantò 3. de translat. Ep. lib. 1. tit. 7. Si Episcopus propriâ voluntate transeat

seat ad aliam Ecclesiam Cathedralē non tantum posteriorē obtinere non potest, sed etiam priorē per sententiam est privandus. Hęc translatio si fiat ob causam particularum v.g. aëris insalubritatem, inimicitias, metum hostium, potest fieri ad Ecclesiam æqualem, quia tamen ordinariè ob majorem utilitatem fit, hinc à minore ad majorem fieri debet Cap. I. de translat.

Q. 5. An Religiosus ad Episcopatum promotus teneatur ad observantias regulares?

Respondet S. Th. Religiosum, qui in Episcopum promovetur ad omnia Religionis suæ servanda teneri, quæ suo Episcopali statui non repugnant, nam status Religionis ad perfectionem pertinet, quasi quædam via in perfectionem tendendi, status autem Episcopalis ad perfectionem pertinet tanquam quoddam perfectionis magisterium, undè status Religionis comparatur ad statum Episcopalem sicut disciplina ad magisterium & dispositio ad perfectionem, sed dispositio non tollitur perfectione adveniente, nisi fortè quantum ad id in quo perfectioni repugnat, quantum autem ad id, quod perfectioni congruit, magis confirmatur, sicut discipulo. cum ad magisterium pervenerit, non congruit, quod sit auditor, congruit tamen quod legat & meditetur etiam magis quam ante; sic ergo dicendum, quod si quæ sunt in regularibus observantiis, quæ non impediunt Pontificale officium, sed magis valeant ad perfectionis custodiam, sicut est continentia, paupertas & alia hujusmodi, ad hæc remanet Religiosus etiam factus Episcopus obligatus & per consequens ad portandum habitum suæ Religionis, utpote qui est hujus obligationis signum, si quæ verò sunt in observantiis regularibus quæ officio Pontificali repugnant, sicut est solitudo & aliquæ abstinentiæ vel vigiliæ graves, ex quibus impotens corpore redderetur ad pontificale officium exequendum, ad hujusmodi observanda non

teneretur, in aliis tamen potest dispensatione uti, secundum quod requirit necessitas personæ vel officii, & conditio hominum cum quibus vivit, per modum quo etiam Prælati religionum in talibus secum dispensant.

Ex quo discursu imprimis tenentur religiosi ad episcopatum promori observare vota religionis substantialia : quia illa non repugnant, sed potius conveniunt perfectioni statû episcopalis.

Non obest 1. Quod non obediant amplius Prælati ordinum : quia obediunt summo Pontifici veluti universali omnium religionum superiori.

Neque obest 2. Quod in can. statutum un. caus. XVIII. Q. 1, dicatur : *statutum est . . . ut Monachus quem canonica electio à jugo regula monastica professionis absolvit, & sacra ordinatio de Monacho Episcopum facit, velut legitimus hæres paternam sibi hereditatem jure vendicandi potestatem habeat, ex quo videtur religiosus Episcopus à voto paupertatis & aliis regularibus observantiis solutus.*

Contrà enim est : quod dictus canon non tribuat jus succedendi religioso Episcopo, ut proprietatem sibi acquirat, sed ut hereditatem acquirat Ecclesiæ cujus factus est Episcopus, cum alia, quæ prius acquisiverat, relinquat Monasterio. Neque absolvetur ab observantiis, nisi illis, quæ vel absolutè vel decenter non sunt comparibiles cum statu episcopali, ut quædam ad disciplinam regularem pertinentia circa modum edendi, bibendi, exeundi.

Deindè tenentur habitum sui ordinis gestare ex cap. clericus officia 15. de vit. & honest. cler. in quo Innoc. III. pontifices in publico & in ecclesia superindumentis linteis omnes utantur : nisi Monachi fuerint, quos oportet ferre habitum monachalem.

Deniquè ad repugnantia statui episcopali religiosus episcopus, non obligatur, in aliis verò quæ nec per-

perfectionem singulariter promovent, nec impediunt potest se gerere, secundum quod conditio & necessitas personarum cum quibus vivit, & functionum, quas exercet, exigit.

QUÆSTIO II.

De Statu Religiosorum.

Sicut dicuntur regulares à regulâ ad cuius præscriptum vitam suam instituunt, ita religiosi dicuntur à religione, prout religio significat statum ac professionem eorum, qui divino servitio se totaliter mancipârunt. vocantur etiam Monachi à vitâ solitariâ: quia soli Deo & suæ salutis vacant, & religiosæ dicuntur Sanctimoniales, eò quod peculiari instituto vitæ sanctimonialiam profiteantur; statum hunc non recentem esse in Ecclesia Dei, sicut Hæretici asserunt, sed jam ab Apostolis originem sumpsisse patet ex illo Matth. 19. *ecce nos reliquimus omnia, quibus verbis & uxoribus & bonis temporalibus renuntiarunt, ut indicat Christi responsum: omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet.* Quibus significatur votum paupertatis & castitatis; ac votum obedientiæ sequentibus: *Et secuti sumus te*, quibus subjungit S. Aug. lib 7. de civit. Dei cap. 4. *hoc votum potentissimi voverunt.* Licet primis temporibus non fuerint religiosi, qui habuerunt certas vivendi regulas, sicut postmodum, neque certos ritus aut cæremonias, attamen emittebant vota substantialia religionis. De horum statu, qui describi potest: immutabilis vitæ conditio, quâ tenditur ad christianæ charitatis perfectionem per votorum paupertatis, castitatis, & obedientiæ observantiam per Ecclesiam approbatam.

DICO I Religiosi... sunt in statu perfectionis S. Th. hic Q, 186, A. 1, ad 2. Pro

Probatur Conclusio ex dictis : status in quo quis est obligatus ad sectanda ea , quæ sunt perfectionis, est status perfectionis ; sed status religiosorum est talis : quia finis status religiosi est perfectio charitatis, quidquid enim in constitutionibus & regulis religionum dispositum est circa jejuniorum inediam, vigiliis, labores, silentii observationem, meditationes &c. omne illud à religiosis assumitur, ut ad perfectionem charitatis perveniant, & ad illa omnia ex hac intentione se obligant immobiliter religiosi, ergo status religiosus est status perfectionis.

Obj. Secundum dicta priore *Quæst.* religiosus potest transferri ad statum Episcoporum, ergo non est in statu perfectionis, cum transferatur ad statum qui est perfectionis.

R. Negando sequelam, cujus probatio distinguitur: transfertur religiosus in Episcopum promotus ad statum perfectionis, quoad perficiendos alios. Conquoad ea, quæ pertinent ad perficiendum proprium suppositum N. status religiosus subministrat media, quibus perveniat ipse religiosus ad perfectionem, Episcopatus ordinatur ad perficiendos alios, unde uterque est status perfectionis.

DICO 2. Convenienter ex tribus votis status religionis integratur S. Th. hic Q. 186. A. 7. O.

Probatur. Ratione S. Th. potest status religiosus tripliciter considerari. Imprimis in quantum est exercitium tendendi ad perfectionem, ut autem tendatur ad perfectionem requiritur, ut aliquis à se removeat ea, per quæ posset impediri, ne totaliter ejus affectus tendat in Deum, hujusmodi autem sunt tria. Scilicet cupiditas exteriorum bonorum, quæ tollitur per votum paupertatis. Concupiscentia sensibilibus delectationum, inter quas præcellunt delectationes venereæ, quæ excluduntur per

votum continentiae ; inordinatio humanae voluntatis, quae excluditur per votum obedientiae : hæc impedimenta perfectionis indicantur I. Joan. 2. v. 16. *omne, quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vite.*

Deindè status religiosus expedit animum hominis, eumque tranquillum reddit ab omni sæculari sollicitudine : est autem sollicitudinis sæcularis inquietudo circà tria : scilicet circà dispensationem exteriorum rerum, & hæc sollicitudo per votum paupertatis homini aufertur, quo res temporales à se removeret; circà gubernationem uxoris & liberorum, quæ amputatur per votum continentiae ; circà dispositionem propriorum actuum, quam tollit votum obedientiae, quo quis se alterius dispositioni committit.

Denique status religiosus est Holocaustum, quo homo se totaliter Deo offert, ac quasi totum se in obsequium Dei consumit, sunt autem tria bona, quæ homo Deo offerre possit, primum bonum sunt res exteriores sive bona fortunæ, quæ aliquis offert Deo per votum voluntariæ paupertatis. secundum est bonum proprii corporis, quod aliquis præcipuè offert Deo per votum continentiae, tertium est bonum animæ, quo aliquis totaliter se privat per obedientiam, quatenus Deo offert propriam voluntatem, per quam homo utitur omnibus potentiis & habitibus animæ. Ergo cum status religiosus sit remotio impedimentorum perfectionis, exclusio sollicitudinis à rebus divinis abstrahentis, perfecta hominis Deo facta oblatio, exigit horum trium consiliorum observantiam, & quidem ut ad illa homo se obliget per votum : cum enim ad statum religiosum exigatur firmitas & immobilitas, quæ inducitur per vota, requiruntur ad eundem vota perpetua, sine quibus illa firmitas & immobilitas non habetur sive
illa

De Or
vota sint
essentia fi
omvisenit
ffionem
men in fo
Ponifici
tria vota
ra declarat
giosis ordi
vota irrev
sunt vota
latim de
religiosum
quia divit
possessæ
desiderat
per inopiam
ria non de
castitate
no sollicitu
lectatio
tine sequi
diens ulqu
vota illa em
m approba
antiquit
illa appre
ap. fin. de
III. ne ni
Dei conf
de catero
ad religion
assumat.
voto funda
votatis &
Theo

illa vota sint simplicia sive solemnna ; quia non est de essentia status religiosi votorum solemnitas ; quamvis enim in plerisque ordinibus omnes religiosi professionem faciant , sive vota solemnna emittant , attamen in societate Jesu ordine à Trid. & posterioribus Pontificibus approbato , illi qui post novitiatum tria vota simplicia emittunt , sunt veri religiosi juxtà declarationem Ecclesiæ , quæ in approbandis religiosis ordinibus est infallibilis , & tamen societas illa vota irrevocabiliter non acceptat , adeoque non sunt vota solemnna. Probat verò S. Doctor hic sigillatim de quolibet Evangelico consilio , quod ad religiosum statum requiratur A. 3. de paupertate ; quia divitiæ maximè animum à Deo abstrahunt , cum possessæ multò ardentius amentur , quam tantum desideratæ , & licet Ecclesiast. 27. dicatur : *propter inopiam multi deliquerunt* , id tamen de necessariâ non de voluntariâ paupertate intelligitur , A. 4. de castitate , quia conjugium plurimam causat animo sollicitudinem , absorbetque animum carnalis delectatio , A. 5. de obedientia : quia in hac maximè sequitur homo Christum , qui factus est obediens usque ad mortem. Denique requiritur , ut vota illa emittantur in ordine per sedem Apostolicam approbato , quamvis enim approbatio ordinum antiquitus pertineret ad Episcopos , hodie tamen illa approbatio soli sedi Apostolicæ est reservata cap. fin. de relig. dom. lib. 3. tit. 36. in quo Innocen. III. *ne nimia religionum diversitas gravem in Ecclesia Dei confusionem inducat firmiter prohibemus , ne quis de cætero novam religionem inveniat , sed quicumque ad religionem converti voluerit , unam de approbatis assumat. Similiter qui voluerit religiosam domum de novo fundare , regulam & institutionem accipiat de approbatis & in cap. un. de vot. in 6. dicitur votum*

2. 2. Theol. Schol. Pars posterior. Oo solem-

solemne religionis, quod solemnizatum fuerit per professionem expressam vel tacitam factam alicui de religionibus per sedem Apostolicam approbatis.

In his votis essentialibus omnes religiosi ordines conveniunt, quæ ideo vocantur essentialia sive substantialia, quod sine illis vera religio sive status religiosus subsistere nequeat.

Dividuntur autem religiosi ordines variè: primò ex fine cuique ordini proprio & particulari: aliqui enim ordinantur ad vitam contemplativam studendo solum propriæ perfectioni: ut ordines Monachales, alii ordinantur ad vitam activam exhibendo proximo opera charitatis, tam spiritualia quam corporalia: ut ordines militares, ministrantes infirmis, instruentes Juventutem, redimentes captivos ex manibus infidelium &c. alii ordines profitentur vitam mixtam hoc est: vitam activam cum contemplativâ, conjungendo contemplationem cum actibus inservientibus proximo ut ordines clericales, qui ex proprio instituto ordinantur ad ministeria clericorum in cultu divino & salute animarum procuranda.

Secundo ordines, qui ad eundem finem tendunt diversificantur ex diversis mediis, exercitiis spiritualibus ac constitutionibus diversis, quibus regulantur ad finem suum consequendum, & vota essentialia religionis observanda.

Denique alii sunt ordines mendicantes alii non mendicantes. Mendicantes appellantur, qui ex primævo instituto profitentur paupertatem in communi renuntiando dominio bonorum tam mobilium quam immobilium in communi. Dixi à primævo instituto: quia Con. Trid. Sess. 25. de regular. cap. 3. omnibus ordinibus mendicantibus concessit capacitatem domini bonorum in communi excep-

ris

De Off

fratribus r

ones non r

one sunt c

DICO 3.

pradicta sc

nentiam;

transgressi

mitem tr

contemp

hic Q.

prima pars

in quantu

anda tria

vo, cujus

a gravi est

tia gravi p

sunda par

precepta

cularis ni

am; atqui

contra pro

mific Deo

iones ordi

egat cont

materia

uar, si ver

e confor

quienti agi

paulo expl

De ob

Q. 1. Qual

moralium d

Per vote

tam superi

tis fratribus minoribus de observantia & Capucinis, ordines non mendicantes sunt, qui ex primæva fundatione sunt capaces bonorum in communi.

DICO 3. *Votum professionis respicit principaliter tria prædicta scilicet paupertatem, continentiam, & obedientiam; alia verò omnia ad hæc ordinantur. Et ideo transgressio horum trium obligat ad mortale. Aliorum autem transgressio non obligat ad mortale, nisi propter contemptum regulæ... sive propter præceptum S. Th. hic Q. 186. A. 9. O.*

Prima pars probatur: in tantum peccat religiosus in quantum se obligavit voluntariè, atqui ad servanda tria Evangelica se obligavit, & quidem ex voto, cujus obligatio ob reverentiam Dei in materia gravi est gravis, ergò illa transgrediendo in materia gravi peccat mortaliter.

Secunda pars probatur: in quacunque materia non præcepta religiosus non aliter peccat, ac quilibet sæcularis nisi agendo contra promissionem Deo factam; atqui secluso contemptu & præcepto non agit contra promissionem Deo factam, quia tantum promisit Deo superiori secundum regulam & constitutiones ordinis præcipienti præstare obedientiã. Si ergo agat contra regulam vel constitutiones ordinis extra materiam votum sine contemptu non peccat graviter, si verò vel contemnat regulam, nolens eipem se conformare vel nolens obedire superiori præcipienti agit, contra suam professionem, ut verò hæc paulò explicatius tradantur, sit

§. I.

De obligatione voti paupertatis.

Q. 1. Qualiter votum paupertatis privet rerum temporalium dominio?

R. Per votum solemne paupertatis omnes religiosi tam superiores quam inferiores sunt privati omni

ni jure dominii, ususfructus, usus, possessionis, administrationis prout importat aliquid juris, ita sumitur ex can. non dicatis II. caus. XII. Q. I. in quo S. Aug. non dicatis aliquid proprium, sed sint vobis omnia communia... cum hujus nostra congregationis fratres non solum facultatibus, sed voluntatibus propriis in ipsa ordinationis susceptione renuntiaverint & cap. cum ad monasterium 6. de statu Monachorum lib. 3. tit. 35. in quo ita. Prohibemus districtè in virtute obedientie sub obtestatione divini Judicii, ne quis Monachorum proprium aliquo modo possideat: sed si quis aliquid habeat proprii, totum incontinenti resignet & infra: nec estimet Abbas, quod super habenda proprietate possit cum aliquo Monacho dispensare: quia abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis adeo est annexa regulae monachali, ut contra eam nec summus Pontifex possit indulgere licentiam. Dixi: Per votum solemne: quia dantur aliqui religiosi videlicet in societate Jesu scholastici, ut vocant, qui post biennium novitiatus vota simplicia emisserunt, & sunt veri religiosi, decernente Greg. XIII. in bulla: ascendente domino. Et tamen sunt capaces dominii, siquidem retinent dominium proprietatis ut in bulla §. 16. exprimitur, dantur in eadem societate religiosi, qui post emissam solum vota simplicia dominii fiunt incapaces ut §. 11. dicitur in eadem constitutione Pontificis, quos vocant coadjutores formatos.

Q. 2. An voto paupertatis repugnet Jus bonorum spiritualium?

R. Religiosus bonorum spiritualium dominium in particulari habere potest: quia illorum bonorum dominium retinet, quibus non renuntiavit in professione; atqui spiritualium dominio non renuntiat in professione, sed solum temporalium;

ergo

illorum
honor
fructu
quia
adempt
voto obedi
superiori
ur infra
ipsum, su
Prælatu
um & g
potest
usu præ
hoc ad reg
licet relig
spiritualiu
sunt ab
Prælate
compet
aut Præ
arg. l. C
lib. 47.
in cujus po
injuriæ re
petit, qua
non prope
voto paup
obedienti
Ex dictis inj
beant domi
riorum, p
um domini
erandam,
bi compe
monasteri

ergo illorum dominium tetinet, adeoque religiosi etiam honoribus vel utilitatibus, quæ pro iis ipsis debentur, frui possunt salvo voto paupertatis, quod addo: quia, tametsi Jura spiritualia non sint religioso adempta per votum paupertatis, sunt tamen ex voto obedientiæ certo modo subjecta & subordinata superioris voluntati, nam per votum obedientiæ. (ut infra latius dicetur) professus abnegat semetipsum, sui que dominium & libertatem transfert in Prælatum religionis, cui se totum tradit regendum & gubernandum juxtâ regulam ordinis, unde potest Prælatus religiosum à prædictorum jurium usu præcepto suo impedire, quatenus tamen hoc ad regulæ observationem est conducens, unde licet religiosi competant jura & dominia rerum spiritualium, hæc tamen non æquè ac in sæcularibus sunt absoluta & independentia à religione ejusque Prælato, ex qua causa, si religioso circâ jura sibi competentia irrogetur injuria, non ipse, sed religio aut Prælatus intentare debet actionem injuriarum arg. l. sed si unius 17 §. ait prætor 10. ff. de injuriis lib. 47. tit. 10. ubi injuriarum actio tribuitur ei, in cujus potestate injuriam passus constitutus est. Imò injuriæ remissio non monacho, sed religioni competit, quam potest facere Monacho etiam invito non propterea, quod Jus ad famam vel honorem voto paupertatis abdicaverit, sed quod illius usus obedientiæ subjectus sit.

Ex dictis inferitur 1. Quod religiosi beneficiarii habeant dominium vel quasi dominium suorum beneficiorum, possintque agere nomine proprio ad eorum dominium obtinendum, possessionem recuperandam, quod possint agere super Jure eligendi sibi competenti, super jure manendi in tali vel tali monasterio aut tali officio.

2do Quod religiosi possint accipere, donare, retinere reliquias Sanctorum, Agnos Dei absque licentia non violato voto paupertatis, & de iis disponere, quia hæc licet sint magni valoris, non sunt temporalia pretio æstimabilia.

3to, Religiosus non violat votum paupertatis absque licentiâ superioris acceptans Jura Ecclesiastica v. g. facultatem consecrandi, absolvendi, dispensandi, libros prohibitos legendi & similia, quod extenditur probabiliter ad gradum doctoratus, jus prælegendi, licet hoc ab omnibus non admittatur, hoc tamen certum est, quod religioso gradu alicujus facultatis insignito quidem comperant plura jura & privilegia, quibus ratione voti obedientiæ non possit uti absque licentia Prælati, sicut etiam gravis peccati ad minus contrà votum obedientiæ reus esset, qui absque superioris licentia gradum doctoratus, aut lectionem magistralem susciperet.

4to Religiosus per votum paupertatis probabiliter non desinit esse verus dominus suorum scriptorum, ita ut illa secum ferre, donare, comburere possit, tum quia manuscripta utpote Idea mentis non serviunt corpori nec reputantur inter bona fortunæ, sed sunt partus intellectus, tum quia accessorium sequitur suum principale; sed manuscripta sunt scientiæ accessoria, utpote illi deservientia, ergo sicut scientia non cadit sub votum paupertatis, ita nec manuscripta.

Nec obstat, quod hæc vendi possint; adeoque sint pretio æstimabilia; nam non omnia, quæ vendi possunt, prohibentur voto paupertatis, sed solum bona temporalia, quæ divitem faciunt, non spiritualia, qualis est notitia intellectualis & scientia, ob quam scripta illa sunt digna pretio.

De Off
Pro oppo
ptorum no
quia r
dicati, quo
libri comp
ligios sit D
Dominus
ne sunt bon
tus libroru
noli, quar
interim l
im etiam ti
re omnia
cessus præla
mittunt,
mittunt eju
personâ co
in auxilia me
in chartâ in
pro Religio
ut legere sac
sensu superi
lis stipendiu
celebrandi
a religiosus
a spirituale,
to Si relig
tribus aliis
gitem & pi
cat contra p
posus sit arti
tæ & absqu
ita seu ex pi
tus operis
ta, quidqu

Pro oppositâ verò sententiâ quod religiosus manuscriptorum non sit plenus Dominus hoc est fundamentum : quia religiosus non est Dominus artefacti à se fabricati, quod etiam est partus artis & intellectûs ; ergo nec libri compositi, qui est partus scientiæ ; tum quia si religiosus sit Dominus suorum manuscriptorum, etiam erit Dominus alienorum sibi donatorum, hæc enim æquè sunt bona spiritualia ; ergo etiam poterit esse Dominus librorum impressorum, qui sunt sæpius minus pretiosi, quam manuscripta. Quæ videntur nimis laxa ; interim fatendum est ex communi praxi religiosorum etiam timorum quod aliquis possit secum deferre omnia sua manuscripta, quia ad hoc est tacitus concessus prælatorum, qui eo ipso, quo religiosum aliò mittunt, aut aliò abeundi licentiam concedunt, permittunt ejusmodi scripta deferri, quæ sunt maximè cum personâ connexa, quia quæ scribit quisque, sunt quasi auxilia memoriæ v.g. lucubrationes & meditationes in chartâ impressæ.

¶ Religiosus absque violatione voti paupertatis, potest legere sacrum pro amico remisso stipendio sine consensu superiorum, quamvis sciat amicum pro talibus missis stipendium recepturum, si alias non sit obligatio celebrandi ad intentionem prælati ; *Ratio est* : quia religiosus in hoc casu nihil dat, nisi tantum bonum spirituale.

¶ Si religiosus ad petitionem Domini sæcularis coloribus aliisque necessariis ab ipso acceptis pingat imaginem & pictam tradat sine superioris licentia, non peccat contra paupertatem. *Ratio est* : quia cum religiosus sit artis suæ & operæ personalis Dominus, validè & absque violatione paupertatis potest ex contractu seu ex promissione eas alteri obligare, & sicut famulus operis ex contractu locationis Domino debitis, quidquid facit, Domino acquirit, ita & pictu-

ra à religioso ex contractu facta cedit Domino, ideoque illam tradendo Domino absque licentia prælati aliud non facit, nisi quod rem alteri obstrictam & sub eius Dominio existentem ipsi reddat, quod voto paupertatis non repugnat, licet possit contrariari voto obedientiæ, si essent superiores inviti & contrarii; maximè in Fratre converso, quia cum conversi suscepti sint ad laborandum, non possunt absque legitimâ licentiâ pro extraneis laborare.

7mò Religiosus peccat contra votum paupertatis, si picturam vel imaginem nullâ præviâ promissione à se factam det alicui sæculari: in hoc enim casu non est ratio eadem, quæ in præcedenti: quia per religiosum depicta imago absque hoc quod operam suam sæculari addixerit Domino, transit statim ad monasterii dominium; sed rerum monasterii à religioso absque superioris consensu facta alienatio non tantum paupertatis voto, sed etiam justitiæ repugnat, ergo etiam donatio talis imaginis, nisi excuset expressa vel tacita licentia superioris.

Q. 3. An superiores religiosi æquè ac alii per votum paupertatis dominii rerum temporalium sint incapaces & an amplior sit ipsorum potestas saltem quoad administrationem?

R. 1. Abbates religiosi (idem est de aliis superioribus regularium) nullius rei temporalis fiunt magis Domini, quam ante electionem vel confirmationem fuerint. *Ratio* patet, quia manent veri religiosi & voto paupertatis obstricti, quod omne dominium particulare penitèns excludit; quod etiam locum habet in Abbatiis, in quibus certa portio bonorum mensæ Abbatis est assignata, in quo casu solummodo relinquitur libera talium bonorum administratio Abbatibus, non verò datur eorundem dominium, cuius sunt incapaces. *Dixi*: libera, non quod in quosvis usus pro suo

suo libitu similia bona expendere possint, sed quod de eorum dispositione nullam conventui & aliis religiosis teneantur reddere rationem, sed ipsa possint expendere ad congruè & decenter suæ dignitati vivendum reliquis in usum conventûs cedentibus. Ex quo sequitur quod Abbas regularis, quidquid acquirit non sibi, sed monasterio acquirat, sive acquisita sint intuitu Abbatix sive aliunde.

2. Administratio bonorum monasterii est penes Abbatem aliumve superiorem localem primariò & principaliter, secundariò & dependenter ab ipso penes ministros & officiales monasterii: patet ex jure communi can. nullam caus. XVIII. q. 2. cap. cum ad monasterium 6. de statu Monachorum Trid. sess. 25. de regular. cap. 2. & statutis particularibus cujuscunque religionis; est igitur in Prælatis obligatio sollicitè procurandi, ut bona temporalia ad majus Dei obsequium ac monasterii commodum & utilitatem conserventur, cum autem nequeant omnia per se immediatè exercere, potest cum tali facultate officiales vel alios ministros creare, per quos hæc temporalis cura geratur & impleatur.

Ex his infertur I. Quantumvis in prælato circa materiam paupertatis sit major libertas; cum non indigeat alterius licentia ad donandum, accipiendum, expendendum &c. si tamen bona expendat in vanos, superfluos vel illicitos usus, pro materiæ quantitate est proprietarius & infidelis; proprietarius quidem: quia independenter à nutu communitatis, cujus sunt bona, & à quâ ei data est bonorum dispensatio, bona illa usurpat, quæ solum in prælatum transtulit usum illorum bonorum licitum, non vanum & superfluum, non enim est data potestas in destructionem religionis sed ædificationem; est autem infidelis: quia in confirmatione vel benedictione juramento se obstrinxit ad

conservanda communitalis bona, quæ conservatio destruitur vanis expensis.

2. Prælatu8 non potest dare licentiam nec validè nec licitè, ut expendatur aliquid ad vanos & superfluos usus; sicut enim ipse non potest expendere, sic nec alteri licentiam dare, nequidem cum consensu conventus; licet enim conventus vel tota communitas habeat dominium bonorum, hoc tamen est restrictum per constitutiones Ecclesiasticas; unde etiam recipiens aliquid à prælato vel religioso etiam de licentia Abbatis ad usus vanos vel superfluos, tenetur ad restitutionem, quæ autem dicantur in hac materia superflua non potest unâ regulâ generali definiri, sed pendet ex iudicio prudentis attentis circumstantiis personarum, loci, consuetudinis & similibus.

3. Si Abbas parcè vivendo aliquid sibi subtrahat de bonis suæ dispensationi commissis, non acquirit illorum dominium, ut de illis tanquam Dominus possit disponere: per hoc enim quod religiosus, qualis est, & manet prælatu8, aliqua sibi parcè vivendo subtrahat, non fit subtractorum Dominus, dum per talem subtractionem non mutatur ratio bonorum monasterii, nec conditio statûs religiosi, qui omne dominium excludit.

4. Potest imò debet prælatu8 regularis facere Eleëmofynas de bonis communitalis pauciores vel plures pro minori vel majori necessitatibus occurrentia, & hoc non solum ex superfluis, sed etiam ex necessariis bonis secundum principia suprâ de charitate tradita. Potest etiam ex aliis honestis titulis & causis aliquas donationes moderatas facere v. g. ex decentia, gratitudine, ad conciliandos amicos monasterio, non tamen ad ostentationem liberalitatis, multo minus ad dirandos consanguineos vel ob privatam suam respectum, sicut nec alii subditi ex ipsius licentiâ talia facere possunt.

5. Obligatio

De Obligatio
indebitè
mandatè li
ore, quan
igion s non
Debet E
lere, quo
sunt juxta p
3. In iis
Religioso
erratis Re
liberalitatem
quod Bernar
servantia, c
erratis, u
seiplos exper
itates eo pa
majorem cu
tres similes i
4. Quali
temporalit
Ante respon
sitas fac
quis ex l
moderatum c
volentiam util
is non tam
ille re sua u
1. Re
erratis pote
centia superi
erratis, Rel
ndenter à
non prob
de rebus

5. Obligatus est Prælati iura Monasterii defendere, indebitè alienata recuperare, potest tamen causa terminandæ litis transactionem facere, vel jure aliquo cedere, quando id expedit ad conservandum bonum Religionis nomen, majora damna evitanda &c.

6. Debet Prælati ex bonis Monasterii tot Religiosos alere, quod ex redditibus Monasterii commodè alii possunt juxtà præscriptum Trid. sess. 25. de regularibus Cap. 3. In iis autem, quæ spectant ad victum & vestitum Religiosorum, attentâ decentiâ & obligatione paupertatis Religiosæ, magis debet Prælati inclinare ad liberalitatem, quam ad parsimoniam, cum certum sit illud Bernardi, ubi non est abundantia, non est observantia, debet tamen in Religiosis esse ille Spiritus paupertatis, ut quo ipsi liberaliorem Prælatum suum in seipos experiuntur & magis attentum ad eorum necessitates eo parciùs subditi bonis Religionis utantur & majorem curam de illis habeant, prout verus pauper res similes in sua familia procuraret.

Q. 4. Qualiter Religiosi salvo voto paupertatis rebus temporalibus uti possint?

Ante responsionem *nota*: quod duplex distingui possit usus facti rerum temporalium, alius est activus, dum quis ex facultate domini disponit de re alienâ, quod iterum dupliciter potest fieri vel in propriam vel in alienam utilitatem; alius est usus facti passivus, dum quis non tam utitur re aliena, quam permittit Domino, ut ille re sua utatur circâ Personam illius. Hoc notato

R. I. Religiosus absque violatione voti paupertatis potest habere usum passivum facti absque licentia superiorum, *ratio est*: quia per votum paupertatis, Religiosus renuntiavit omni usui activo independenter à voluntate superiorum circâ temporalia, quo non prohibetur, ne permittat Dominum sæcularem de rebus pretio æstimabilibus circâ se disponere;

sic

sic non violat paupertatem, qui absque superioris licentia est conviva Domini sæcularis : quia conviva non tam utitur cibis mensæ alienæ, quam permittit Domino disponere de suis cibis mensæ appositis; qui cum Domino vehitur in curru, in cuius gratiam Dominus gratum suffitum excitat; inferri solet, non violari votum paupertatis, quando Religiosus sine consensu superioris, pecuniam vel quidvis aliud à sæculari accipit in custodiam, vel petit dari tertio in depositionem, ut datâ opportunâ occasione ex superioris licentiâ illud sibi applicet v.g. emendo libros, aut aliter suis necessitatibus succurrendo; quia Religiosus in hujusmodi casu non acceptat jus, neque administrationem, neque usum activum pecuniæ, sed omnia ista manent penes Dominum, solo Custodis officio admissio, nec Religiosus habet voluntatem utendi illâ re independentem à voluntate superiorum; nihilominus talis pecunia vel alterius rei temporalis vel apud Religiosum vel apud tertium depositio repugnat perfectioni paupertatis.

2. Non repugnat voto paupertatis, si Religiosus independentem à voluntate superiorum usum facti activum in commoditatem vel utilitatem alterius habeat; sic si sæcularis Dominus mittat Religioso pecunias expendendas in cultum Dei, distribuendas inter pauperes, non peccat Religiosus, si has pecunias ad usum à Domino sæculari destinatos applicet, nullâ superioris licentiâ petitâ, *Ratio est*: quia tunc Religiosus nihil utilitatis consequitur ex re temporali, sed operam suam præsentem exhibet Domino ad res suas in honorem Dei & proximorum utilitatem expendendas.

3. Ex voto paupertatis est illicitus omnis usus facti activus in commoditatem propriam, independentem à voluntate superioris, *Ratio est*: quia finis voti paupertatis est abdicare à se omnem administrationem & usum

DE O
 cum activu
 cum condu
 ram; &
 etatis inter
 extraneis a
 rem peccare
 aliquid,
 Religioso
 m à volunta
 Porro ut
 itè habeat
 conditiones
 in per me
 orta, und
 talis usum a
 rat, ne tali
 etalis vel m
 eret licentia
 notiam dene
 tum superior
 nos, (superi
 paupertate
 illis non vit
 in rerum ul
 indigendo re
 sic Religio
 mendo res t
 hoc enim
 vitè habeat
 si licenti
 ra, debet
 no actu exp
 rei; & ha
 tali licent
 ra voluntat

usum activum rerum temporalium ad utilitatem propriam conducentium independenter à voluntate superiorum ; & certè si hic casus non esset per votum paupertatis interdictus , viæ unquam Religiosus aliquid ab extraneis acceptando & consumendo contrà paupertatem peccaret ; non enim acceptaret dominium vel jus aliquod , cuius se sciret esse incapacem , sed sufficeret Religioso , quod haberet usum facti independentem à voluntate superioris.

Porro ut licentia superioris sufficiat , ut quis licitè habeat usum facti requiruntur sequentes conditiones Primò. Licentia debet esse libera , non per metum , coactionem , dolum , fraudem extorta , unde non excusatur Religiosus , qui rei temporalis usum à Prælato extorquet , eo quod superior timeat , ne tali licentia denegata subditus perturbet alios querelis vel murmurationibus ; item si Religiosus impetret licentiam tacitis illis , quibus expressis superior licentiam denegaret. Secundò licentia debet esse justa , quam superior justè dare potest , quare licentia ad usus vanos , superfluos , illicitos non excusat à peccato contrà paupertatem , neque eum , qui in rebus sibi concessis non utitur tali diligentia , quam homines in talium rerum usu solent adhibere ; sicut enim sæcularis prodigendo res suas peccat contrà virtutem liberalitatis , sic Religiosus per suam negligentiam indebitè consumendo res monasterii peccat contrà paupertatem : ad hoc enim licentiam non habet & vel si habet , injustè habet , & proinde insufficientem. Tertiò si licentia non sit expressa verbo scripto vel nutu , debet esse tacita , id est : debet in aliquo actu expresso juxtà legalem interpretationem contineri ; & hæc sufficit , licet expressa haberi possit , nam tali licentia potest Religiosus uti licitè independenter à voluntate superioris expressâ : cum eadem sit vis

taciti

taciti & expressi; quare Religiosus habens licentiam peregrinandi non prohibetur aliquid recipere vel receptum expendere in honestos usus: quia hæc licentia censetur inclusa in licentia peregrinandi. Hic tamen adhibenda est circumspectio & cautela: quia in hac licentia potest sæpius intercurrere abusus videlicet, si res in certum usum concessæ expendantur in alios usus, aut donentur vel alienentur: Licentia enim pro certo usu non potest extendi ad alium usum, neque usuarius potest rem usui concessam alienare, à fortiori non censetur Religiosus rem habere cum superioris licentia, si eam occultet, ne videri vel inveniri à superiore possit, cum enim huic non relinquatur libera potestas auferendi, vult Religiosus illam independentem à voluntate superioris possidere. Quarto si non possit haberi expressa vel tacita licentia, sufficit præsumpta, quæ est, quando Religiosus prudenter iudicat, superiorem licentiam esse daturum, si requireretur, *Ratio est*: quia præsumptio de voluntate Domini excusat usurpationem rei alienæ à furto. L. inter omnes 46. § rectè 7. ff. de furtis. Lib. 47. tit. 2. Ergo etiam ad excusandum à vitio proprietatis sufficit præsumptio, quod Prælati non sit rationabiliter invitus: *Dixi*: quando expressa licentia vel tacita haberi non potest: quia aliàs maneret solum observantia paupertatis quoad nomen, quia vix occurreret casus, in quo non iudicaret Religiosus, vel quod daret superior licentiam, & sic haberet eam, vel quod non daret, & sic absque eo non esset opus adire, præsumpta ergo licentia non excusat, nisi quando urget tempus, & est vel physica vel moralis impotentia adeundi superiorem, vel saltem notabilis difficultas; si res secundum præsumptam licentiam est consumpta vel alienata, non tenetur Religiosus manifestare: quia licentia superioris ad præterita servare non potest, si res existat penes Religiosum, tenetur manifestare,

non

quod accep

tur etiam Pr

centur ex lic

obligati lu

ca.

2. An lice

rioris,

Inequam r

Nota 1. Qu

ntelligitur pe

si placuerit

Soleque vo

tus dictum

quod se retine

illis; ut annui

hoc tripliciter

re vocari ne

ut Prælatu

tamen facult

hoc licet, c

pendendi in

superiore e

quod Re

ut, & ordina

nim res ad ut

ur, si Religi

m degat, cui

et tamen illa

ed notum rev

Nota 2. Tri

pencia decern

m mulierum

utatis fuerin

quam propri

tenere, sed

non quod acceperit, sed ut retineat cum licentia, tenentur etiam Prælati se declarare invitos, ut subditi operentur ex licentia præsumpta, si facile adiri possint, quia obligati sunt ad conservandum disciplinam regularem.

Q. 5. An liceat Religioso habere peculium de licentia superioris.

Antequam respondeatur

Nota 1. Quod peculium sit duplex latius dictum & intelligitur pecunia apud superiorem deposita, ut ab eo, si placuerit in usus particulares Religiosi exponatur, soletque vocari depositum, & hoc licitum est; & strictius dictum, & est res vel mobilis, quam Religiosus apud se retinet, & expendit in proprios usus, vel immobilis: ut annui reditus v.g. ex fundo aliquo percipiendi, & hoc tripliciter fieri potest: 1^o ita, ut illud à superiore revocari non possit, & hoc licere non potest, 2^{do}, ut Prælati absolute quidem revocare possit, datur tamen facultas expendendi in quoscunque usus, & nec hoc licet, cum Prælati non possit dare licentiam res expendendi in quoscunque usus. 3^{tiò} si concedatur à superiore ex legitima causa v.g. paupertate monasterii, quod Religiosis omnia necessaria subministrare nequit, & ordinarius cuilibet necessaria proveniant, si sigillatim res ad utum necessarias sub sua dispositione habeant, si Religiosus sit missionarius & extrà monasterium degat, cui facile necessaria ministrari non possint, debet tamen illa licentia superioris esse ad licitos usus, & ad nutum revocabilis.

Nota 2. Trid. sess. 25. cap. 2. de regular. circa hoc sequentia decernit: *nemini regularium tam virorum quam mulierum liceat bona im-vel mobilia cujuscunque qualitatis fuerint etiam quovis modo ab eis acquisita tanquam propria aut etiam nomine conventus possidere vel tenere, sed statim ea superiori tradantur, Con-*

ven-

ventuique incorporentur, nec deinceps liceat superioribus bona stabilia alicui regulari concedere, etiam ad usum fructum, vel usum, administrationem vel commendam. . mobilium verò usum ita permittant, ut eorum supellex statui paupertatis, quam professi sunt, conveniat, nihilque superflui in eâ sit, nihil etiam quod necessarium eis denegetur. Hoc decretum declarant Clemens VIII. & Urbanus VIII. præcipientes, ut nullus ex Fratibus, etiam si sit superior, bona im- aut mobilia aut pecuniam aut proventus, census, Eleëmofynas, si- ve ex concionibus si- ve ex lectionibus si- ve pro missis, tam in propriâ quam alienâ Ecclesiâ celebrandis aliove ipsorum justo labore & causâ quocunque etiam nomine acquisita, etiam si subsidia consanguineorum aut piorum largitiones legata & donationes fuerint, tanquam propria aut enim nomine conventus possidere possint, sed ea omnia statim tradantur, & conventui incorporentur. His notatis

℞. Licet religiosis habere peculia de licentiâ superiorum: *Ratio est*: quia non repugnat voto paupertatis re aliquâ uti ad usus honestos & necessarios dependentes à voluntate superiorum, sed hoc fit in casu, ut patet ex notabili primo, ergo. Pro hoc etiam est textus in cap. monachi 2. de statu monachorum lib. 3. tit. 35. *Qui peculium habuerit, nisi ab Abbate fuerit ei pro injunctâ administratione permis- sum.* Ut tamen tale peculium post Tridentinum & Pontificum declarationes licitum sit, requiritur 1. Ut res in peculium data sit monasterio incorporata, quare non sunt licita, quæ dantur religioso sub conditione, quod nullum ad ea jus detur monasterio. 2. Ut res detur ad simplicem usum facti non juris. 3. Ut sit ad nutum superioris revocabile, aut alteri applicabile. 4. Ut sit moderatum: cum omne superfluum paupertati contrarietur. 5. Ut subsit causa concedendi pecu-

De Offi
 im: quia
 ministrari à c
 nis à comm
 pollunt: cur
 blandæ pau
 in monaste
 cum omni
 possint, pe
 ritos & ad d
 dem, 6. U
 7. Ut Rel
 ut illa revoce
 necessaria sub
 cessat pecul
 professionis
 se obligass
 rem, quo
 mens pauper
 & usum, no
 etiam ex nec
 6. In quo
 vere?
 Licet profe
 urpote, qui
 & jure dis
 qua ingredi
 & solus su
 in Religioso
 no Religioso
 bus suis ind
 et in casu,
 bus suis inte
 si quæ m
 dominium
 a patre pro
 a Theol. Sc.

culium; quia v. g. necessaria non possunt sufficienter subministrari à communitate; nec ideo debet aliquid subditis à communitate subtrahi, quia aliunde acquirere possunt: cum hac ratione detur occasio peculiorum & violandæ paupertatis, unde etiam peccat superior, qui in monasterio satis fundato peculia concedit: quia cum omnia necessaria vel subministrantur, vel dari possint, peculia tantum servirent ad usus profanos & illicitos & ad disciplinam communemque vitam labetandam. 6. Ut in usus vanos & superfluos non intumatur. 7. Ut Religiosi sint parati peculia dimittere, si superior illa revocet, & communem vitam introducere & necessaria subministrare ipse velit: quia cessante causa cessat peculium, nec valet excusatio, quod tempore professionis peculia licuerint, nec censeatur Religiosus se obligasse, nisi ad illum modum servare paupertatem, quo servabatur tempore professionis: quia profitens paupertatem obligavit se ad observationem ejus & usum, non quoad abusum, qui introductus est, vel etiam ex necessitate & causâ servari debuit.

Q. 6. In quo casu liceat Religioso professo de bonis disponere?

R. Licet professus non possit testari nec validè nec licitè: utpote, qui per votum paupertatis privatus est dominio & jure disponendi circa temporalia ut etiam ex cap. quia ingredientibus 2. de testam. Lib. 3. tit. 26. patet, & solus summus Pontifex possit dare licentiam testandi Religioso. Unicus tamen casus specialis excipitur, in quo Religiosus post professionem disponere potest de rebus suis independenter à voluntate superiorum: videlicet in casu, quo parens professus ante professionem de rebus suis inter liberos non disposuit, ut statuitur in auth. si quæ mulier relatâ Can. 9. caus. XIX. Q. 3. Porrò dominium illorum bonorum ante divisionem factam à patre pro indiviso est apud Monasterium & filios,

2. 2. Theol. Schol. Pars postea.

P p

post-

postquam Parens professionem emisit , donec filii sola legitima dent monasterio , in quo Pater professus est. Attamen non tam vi relatæ authenticæ aut insertionis ejus in decretum gratiani quam ex consuetudine hæc facultas competit professo religioso.

Q 7. Qualiter Religiosi in contractu vel extrâ contractum extraneos lædentes salvo voto paupertatis teneantur restituere aut pro ipsis teneatur monasterium?

R. 1. Non obstante voto paupertatis Religiosus teneatur omni modo possibili ad restitutionem , si vel ex delicto vel ex contractu alicui extraneo damnum injustè intulit ; *Ratio est* : quia obligatio orta ex injustâ damnificatione est naturalis , à quâ Religiosum non eximit votum, & à quâ etiam superior illum liberare non potest ; Licet enim Prælati possit sui subditi vota post professionem facta , & contractus post professionem celebratos annullare , & per talem irritationem Religiosum eximere ab obligatione voti vel contractus, nihilominus irritatio voti vel contractus per Prælatum facta non liberat à restitutione damni per contractum illati ; quia tamen Religiosus in omnibus suis rebus tam acquirendis quam acquisitis , item in omnibus actionibus suis dependet à voluntate superiorum , tenetur ad restitutionem vel ex peculio suo, vel ex lucro ex suis Laboribus , industriâ vel servitiis damnificato præstandis cum Licentia superiorum faciendo quantum potest , quamvis superior non teneatur permittere , ut Religiosus satisfaciat ex peculio vel deposito Religioso à superiore ad usum concesso : quia cum peculium sit monasterii , licet usus dependenter à voluntate superioris pertineat ad Religiosum , monasterium non obligatur permittere , ut Religiosus illud expendat in compensationem damni à Religioso illati : delicta enim privati nec possunt , nec debent nocere communitati, ut patebit magis ex sequentibus.

Si

2. Si religiosus ex delicto sit obligatus ad restitutionem, non est obligatum monasterium, ut pro Religioso satisfaciat. *Ratio est*: quia delictum personæ non est convertendum in Ecclesiæ damnum: Ecclesia enim ad instar minoris vel pupilli non tenetur ad pœnam culpâ procuratoris vel administratoris debitam; ideoque quamvis Religiosus monasterii aliquem damnificaverit, non tenetur ad restitutionem Prælati Religionis vel monasterii: est enim Procuratoris utilia agere & inutilia prætermittere & Procuratori vel Tutori est imputandum, non procurato vel pupillo, si terminos sui mandati vel administrationis excefferit, secus tamen dicendum est, quando ad monasterium ex delicto Monachi aliquid pervenit, vel quatenus Religiosi delictum est conversum in monasterii utilitatem; quia tunc in tantum tenetur, & non ad plus, non ex injustâ acceptione sed ex re acceptâ, proinde monasterium non tenetur de furto vel homicidio commissò à Religioso, nec de aliis damnis, quæ Prælati vel officiales monasterii extraneis inferunt, nisi fortè Religiosus communicato Consilio cum Prælato & Capitulo delictum admiserit.

3. Monasterium non tenetur ad restitutionem ex contractu, quem Religiosus cum extraneo iniit, nisi Religioso aliqua administratio tacitè vel expressè sit commissà, & fines suæ administrationis non excefferit, aut ex dicto contractu aliquod emolumentum monasterium acceperit. *Ratio est*: quia Religiosus non habet velle & nolle, quod necessariò requiritur ad contractum, & ideo non potest obligari ex contractu ut constat ex Can. non dicatis 11. Can. XII. Q. 1. & Cap. 2. de testament. in 6. Lib. 3. tit. 11. Et Religiosus æquiparatur servo & filiofamilias, qui suis contractibus nequeunt Patrem vel Dominum obligare, nisi quatenus facti sunt ex contractu locupletiores, quare nec vice versa ipsi extranei contrahentes cum Re-

ligioso non habente facultatem contrahendi à suo Præ-
lato ex contractu obligantur, nisi post Prælati appro-
bationem ipsi quoque contractum ratificaverint: quia
contrahentium æqualis est conditio, ut constat ex ludo,
in quo qui non potest perdere etiam non potest lu-
crari;

Cui non obstat, quod dentur multi contractus, qui
ex una parte claudicant, ut minorum, pupillorum,
servorum; quia hi propriam habent voluntatem, se-
cundum quam naturaliter possunt obligari, unde evenit,
ut eorum contractus ex unâ parte minorum & pu-
pillorum claudicantes, ex parte contrahentium cum
ipsis sint firmi; at Religiosorum contractus, qui pro-
pria voluntate carent, cum habeant defectum in radice
perpetuum, ex nulla parte sunt validi.

Dixi: nisi tacitè vel expressè Religioso sit commis-
sa aliqua administratio; quâ eo ipso censetur illi con-
cessa facultas ineundi contractus, ad illam adm nistratio-
nem pertinentes, quatenus non excessit limites commis-
sæ administrationis: quod addo: quia quando limites ex-
cedit, non utitur jure administrandi, proindè monaste-
rium nec tenetur restituere; ex quo principio inferen-
dum est, i. quod si Prælatus mutuò accepit pecuniam in
usus profanos vel turpes proprios aut alienos, in quos
bona monasterii expendenda non erant, non teneatur
monasterium restituere: quia Prælatus excedit limites
sue administrationis, & monasterium non obligatur
ex mutuo suscepto à particulari Religioso, nisi mutuum
sit conversum in utilitatem monasterii prout expressè di-
citur in cap. 1. de deposit. Lib. 3. tit. 16. Cap. quod
quibusdam 4. de fidejussoribus. Lib. 3. tit. 22. Pro-
baturque arg. Cap. 1. de solut. Lib. 3. tit. 23. Simile
est in mutuo, quod fit administratori Civitatis aut Tu-
toriali ejus pupilli; onus autem probandi pecuniam
esse conversam in utilitatem Ecclesiæ aut alicujus mo-
naste-

incur
sunt
pendi rev
ia ullos,
ndum, q
nem ex re
pereat.
nam à Pra
nisi quater
alterii: c
quidem Pra
nem dam
in Cap.
non constet
est, in E
de jure c
in f
om, perso
nibus in C
ur Conve
tore in uti
ndasse. I
non teneat
suis fidejubi
partis capi
tudo necessa
tum; tum
utilitatem d
monasterii
ne non pote
tâ disponit
Monaste
fecit Relig
orum supe
existens,

nasterii incumbit Creditoribus de rigore juris, ex æquitate tamen sufficit probare, quod causa justa mutuū accipiendi revera adfuerit, aliàs non invenirent monasteria ullos, qui ipsis mutuū darent. Deinde inferendum, quod monasterium non teneatur ad restitutionem ex re deposita apud Religiosum, si culpa Religiosi pereat, aut deterior fiat, quamvis Religiosus licentiam à Prælato habuerit, rem depositam suscipiendi, nisi quatenus res deposita est conversa in utilitatem monasterii: quia delictum aut negligentia Religiosi vel ejusdem Prælati non obligat monasterium ad restitutionem damni, nisi quatenus ex eo factum est locupletius ut in Cap. gravis 1. de deposit. ubi hæc formalia: *cum non constet pecuniam tuam quam ille vir belial furatus est, in Ecclesiæ utilitatem conversam, non debemus de jure contra Canonicos ejusdem Ecclesiæ intente jussionis instantiam, ut tibi eandem reddant pecuniam, personæ non Ecclesiæ commendatam* adhuc expressius in Cap. quod quibusdam 4. de fidejuss. *Non teneatur Conventus pro his aliquatenus respondere: nisi fortè in utilitatem domus ipsius manifestè constititerit redundasse.* Inferendum denique, quod monasterium non teneatur ad fidejussionem Religiosi, nisi Religiosus fidejubeat de licentia Prælati & consensu majoris partis capituli, tum quia caret consensu, qui est omninò necessarius ad assicurandum contractum vel debitum; tum quia non habet, quod possit obligare in securitatem debiti; quod etiam locum habet in Prælato monasterii, qui etiam sine consensu Capituli fidejubere non potest in re gravi, secus est in re modicâ, de quâ disponit absque consensu Capituli.

4. Monasterium obligatur debitis & contractibus, quos fecit Religiosus extrâ suum monasterium de licentiâ suorum superiorum studiorum vel alterius negotii causâ existens, adeoque ex hoc capite obligabitur ad

restitutionem. *Ratio est*: quia monasterium obligatur ad expensas à tali Religioso discretè factas vel faciendas: eo ipso enim quod Prælatus concedat Religioso subdito licentiam recedendi à monasterio & standi in alio loco censetur illa omnia concedere, sine quibus non potest Religiosus abesse, *Dixi*: discretè factas, quia si excedat expensas sibi à monasterio taxatas, ad excessum expensarum monasterium non obligatur: cum excedens limites suæ commissionis delinquat, monasterium autem non tenetur de delicto sui professi.

Q. 8. Qualiter teneatur ad restitutionem Religiosus professus, si monasterium damnificet in bonis, malè administrando, extraneis donando, sine licentia consumendo?

R. 1. Religiosus, cui incumbit bona communia monasterii custodire, dispensare, administrare, qualiter cuilibet Religioso incumbit custodire res ad usum suum concessas, tenetur ad restitutionem, si ex latâ ejus culpâ bona communia pereant, aut deteriorescentur. *Ratio est*: quia lata culpa æquiparatur dolo, quare sicut Religiosus tenetur restituere, si bona communia monasterii ex ejus dolo pereant, ità etiam si pereant vel deteriorescentur ex ejus culpâ latâ; quia autem Religiosus ex bonis propriis restituere non potest: cum illis careat, imò sit incapax dominii, tenetur aliâ viâ reparationem damni in bonis temporalibus illati procurare v.g. magis laborando pro monasterio seu usum rerum minus necessariorum ad commoditatem abdicando.

2. Religiosus qui sine legitima licentia superioris etiam ex iis, quæ ad proprios usus à Prælato Religioso sunt concessa, aut quæ ipsi ab extraneis donatione, legato vel testamento obvenerunt, aut quæ labore & industria sunt acquisita, distrahit, peccat contra Justitiam, & obligatur ad restitutionem.

Ratio est : qui rem alienam distrahit, sine consensu domini, aut sine legitima auctoritate rem alienam administrat, peccat contra Justitiam in quantum contractat rem alienam invito domino, atqui bona supra enumerata sunt bona aliena incorporata monasterio, ergo religiosus illa distrahens absque auctoritate superioris qui est legitimus bonorum monasterii administrator, peccat contra Justitiam, & obligatur ad restitutionem. Unde imprimis religiosus absque legitima licentia aliquid emens, vendens aut permuens est proprietarius, ac peccat contra Justitiam cum obligatione restituendi: quia enim non habet velle aut nolle, & non est dominus vestis, quâ induitur, nec panis quo vescitur; absque auctoritate ejus à quo re possidet, non potest emere, vendere &c. Deinde extraneus qui invito Prælato aut etiam Prælato consentiente absque piâ & justâ causâ rem aliquam à religioso accipit, eam accipit invito domino & legitimo ejusdem administratore, ideoque si titulo gratuito acceperit, ad restitutionem obligatur, secus si per venditionem aut alium contractum onerosum acceperit, quia tunc non damnificavit monasterium, cum tantum dederit, quantum acceperit.

3. Religiosus non potest absque vitio proprietatis quidquam ex iis, quæ sibi deputata sunt ad proprios usus dare mutuo, vel commodato alicui extraneo vel etiam alteri religioso ejusdem monasterii absque facultate superioris expressâ vel tacitâ, neque quidquam sine tali licentia consumere. *Ratio est*: quia religiosus est solùm usufructuarius, habens nudum usum facti idque precario, quamdiu superiori videbitur, usufructuarius autem non potest de rebus tantum ad usum proprium concessis in alios usus disponere: hoc enim non est usufructuarii sed usufructuarii; undè sicut,

dum quis aliquem convivio excipit, non facit illum dominum comestibilium, quibus mensa est instructa, nec illi indulget, ut apposita ad alios mittat aut domum conferat, sed iisdem vescatur, ita Prælati copiam facit religioso edendi, se se vestiendi &c. non autem bona sibi ad usum concessa ad alios usus applicandi, unde contrarium agens modo superius exposito tenetur restitutionem procurare, at tamen si religiosi ejusdem monasterii inter se res ad usum concessas permutent, aut donent, à restitutione videntur excusari, eo quod dominium rei sic commutatæ non transeat, sed maneat penès idem monasterium, sicut ante.

4. Nullus religiosus simplex nullam administrationem habens potest quidquam expendere in eleemosynam vel aliam piam causam sine superioris licentia extrà casum extremæ necessitatis, qui casus excipitur: quia tunc præsumitur, quod superiori placeat, nec propriè tunc dat eleemosynam, quia tunc sunt omnia communia. *Dixi*: nullam administrationem habens, quia si data sit religioso aliqua administratio, aut religiosus de legitima licentia extrà monasterium causa studiorum vel alterius negotii existat, potest dare eleemosynam ex his, quæ ipsi ad propriam sustentationem sunt assignata, vel aliundè obvenerunt, & quidem eleemosynam tantam, quantam suæ qualitatis sæculares dare solent.

Demum ex constit. Clement. VIII. Anno 1594 quæ incipit: *religiosa congregationes* 8. est hujus Pontificis 28va. tom. 3. bullarii, ac postmodum Anno 1640. ab Urbano VIII. additis gravissimis pœnis est renovata, tam privatis religiosis, quam eorum superioribus prohibetur largitio munerum, & in tribus solum casibus sub certis limitationibus donatio

De Offici
liberalis con
ut sæcularib
lenta seu ad
munuscula e
tum approb
in particulari
modo religio
servato ore
lo superioris
soli dent alii
de licentia s
de jure con
taria religio
moderatas
neficiam Ecc
neficiatus po
congruent
ubi consti
Prælat
est quia non
Prælati &
bentes, ite
tum possunt
nificando pr
non est pr
in præjudic
tatem & de
factores ad
natio remuner
factori de ju
tenemur b
fusus de vor

tio liberalis conceditur. 1^{mo}. quando religiosi donant sæcularibus quædam leviora esculenta vel poculenta seu ad devotionem & religionem pertinentia munuscula de consensu Conventûs vel monasterii cum approbatione & licentia superioris nomine non particulari sed universali, & communi. 2^{dò}, quando religiosi donant pro sublevandis pauperibus servato ordine charitatis cum consilio & consensu superioris habitâ ratione necessitatis. 3^{tiò}, si religiosi dent aliis religiosis ejusdem monasterii minima de licentia superioris in scriptis expressâ, quamvis de jure communi antiquo Prælati & de eorum licentia religiosi potuerint facere donationes liberales moderatas etiam extraneis, quia prælatura est beneficium Ecclesiasticum, de jure communi verò beneficiatus potest disponere de fructibus sui beneficii congruenter juxtâ suum statum, id tamen in locis, ubi constitutiones novissimæ pontificiæ sunt receptæ, Prælati non licet. *Dixi*: donationes liberales; quia non obstantibus constitutionibus pontificiis Prælati & religiosi aliquam administrationem habentes, item privati religiosi cum licentia superiorum possunt facere remuneratorias donationes, gratificando pro beneficiis acceptis: quia remuneratio non est propriè donatio, sed satisfactio, nec est in præjudicium monasterii, sed potius in ejus utilitatem & decorem, cum per illam incitentur benefactores ad magis benefaciendum, quin etiam donatio remuneratoria sive antidotalis debetur benefactori de jure naturæ, & ex virtute gratitudinis, quâ tenemur benefactoribus benefacere. Hæc paulò fusiùs de voto paupertatis, cujus amplior est materia.

§. 2.

De Obligatione Voti Castitatis, Obedientiae & Stabilitatis.

Q. 1. Qualis sit obligatio voti castitatis?

R. Votum castitatis extenditur ad totum illud, quod ex motivo castitatis prohibitum est, ita ut ea, quae in aliis nullo voto obstrictis sunt peccata contra virtutem castitatis, illa sint in religiosis sacrilegia contra virtutem religionis: cum sint violationes personae Deo specialiter in ordine ad immunitatem ab omni immunditia carnali consecratae, unde sive externè sive internè per peccatum morosae vel operosae delectationis, de quo videantur dicta 1. 2 Disput. XIII.

Q. IV. peccetur contra castitatem, debet religiosus exprimere circumstantiam professionis religiosae sive sit speciem mutans sive non, quia certum est quod sit notabiliter aggravans, unde non videtur sufficere, si dicat simpliciter se esse voto obstrictum.

Q. 2. Qualis sit obligatio voti obedientiae?

R. Obligatio voti obedientiae est ut impleat in materiis, quae formaliter vel virtualiter ad religiosam observantiam pertinent, praecipuum superioris volentis uti suam potestate praecipivam; tunc autem censetur illam uti, quando praecipit in virtute sanctae obedientiae vel in virtute Spiritus Sancti vel in nomine Jesu Christi, vel sub excommunicatione vel maledictione aeterna, quo praecipio dato si subditus religiosus obedire nolit, est reus formalis inobedientiae, quae simul habet annexas alias malitias non tamen aliunde nisi ex vi voti obedientiae ortas videlicet infidelitatis contra promissionem factam, injustitiae contra jus religionis quod habet in actiones sui religiosi, quoties istae exiguntur ex vi voti, habentis secum connexam propriae voluntatis traditionem religioso statui factam votoque firmatam. Q. 3.

Q. 3. Quibus competit potestas præcipiendi religioso sub obedientiâ?

Ante responsionem *Nota* : quod dupliciter possit dirigi religiosus in ordine ad observantias statui regulari proprias, imprimis per simplicem ordinationem, quâ declaratur, quid fieri vel omitti conveniat ac velit superior, citrà impositionem alicujus necessitatis. Deindè per præceptum, quo non tantum simpliciter declaratur, quid secundum voluntatem dirigentem superioris faciendum sit, sed etiam illud exequendi necessitas imponitur. Hoc notato

& Potestas præcipiendi in virtute sanctæ obedientiæ competit Prælati illis, in quorum manibus emititur professio religiosa, eorumque superioribus ac legitimis in officio successoribus; undè exemptis præcipiendi potestas, etiam est penès summum Pontificem non tantum ratione jurisdictionis à Christo in totam Ecclesiam concessæ, sed etiam specialiter vi voti obedientiæ; quia ipse est caput omnium Prælatorum in religionibus, & censetur religiones approbasse sub ea conditione, ut supremam sibi in ordinibus religiosos potestatem reservaret.

Deindè potestas præcipiendi ea: quæ ad disciplinam Ecclesiasticam pertinent, competit Episcopo non quidem in exemptos, nisi in casibus à jure expressis, aut tantum in moniales, quarum superior est ad instar Prælati regularis, sed etiam in viros religiosos non exemptos, ut possit eis præcipere, quæ ad ea spectant, in quibus religiosi cum aliis clericis communicant. An autem in vi voti obedientiæ possit præcipere, quæ ad observantiam regularem ordinantur, communis sententia negat: non enim Episcopo sed Prælati ordinum promissa est obedientia.

dientia in iis , quæ religiosam perfectionem promovent.

Non obest 1. Quod eadem sit potestas Episcopi in dicecesanos , quæ summi Pontificis in totam Ecclesiam ; quia illud intelligendum est cum suis limitationibus quoad jurisdictionem Ecclesiasticam officio Episcopali annexam , non quoad potestatem dominativam ex voto ortam ; unde non sequitur quoad religiosi non exempti non sint jurisdictioni Episcopi subjecti , si ipsis immediatè præcipere non possit : ad hoc enim requireretur , ut non tenerentur ipsi obedire in iis , in quibus cum aliis dicecesanis communicant.

Neque obest 2. Quod Episcopi confirment Abbates non exemptos , confirmatio autem prælaturæ titulum tribuat ; ex hoc enim tantum sequitur , quod eosdem in officio suo negligentes punire aut etiam officio privare possint , non autem quod regimini regulari sese immediatè immiscere valeant aut religiosis sub obedientiâ præcipere.

Denique potestas etiam in vi voti obedientiæ præcipiendi est translata in Abbatissas respectu monialium subditarum , ut non tantum ea , quæ ad rectam gubernationem domesticam monasterii pertinent præcipere sub obedientiâ possint , eo quod sine hâc potestate regimen monialium subsistere non possit , qualia sunt : ut moniales cum externis non loquantur , ad hæc vel illa loca non exeant , litteras ad extraneos non scribant aut ab iis recipiant ; sed etiam ut possint jubere ea , quæ ad perfectionem secundum regularem observantiam obtinendam juvant , sicut prælati locales sibi subditis religiosis : cum certum sit quod voto obedientiæ fœminæ præstandæ sese quis obstringere possit , & consequenter censentur profitentes eâ intentione votum illud emisisse. Porro quamvis hæc potestas prælatis regularibus

De OFF
 libus comp
 forum præ
 de delegata
 Q. 4 Q
 præcipi possit
 re. Materi
 ori & comit
 quam religio
 et virtualiter
 observatione
 nerur , cuju
 s, ad 3 ita
 or , quantum
 unquam sui
 sola obedir
 versatione
 salutem , s
 u pertinebit
 non sint co
 rem : quia
 triplex obe
 m , quæ scilicet
 pfecta , quæ
 uetiam in
 2. a. 3. E
 Cum de
 letur : ad
 us obligati
 ne autem præ
 tus religioni
 ideo in his s
 tum obedi
 regulam per
 recte. D
 uventur ,

DE OFFICIIS & STATIBUS HOMINUM, 605
laribus competens delegari possit: quia est ordinaria
ipsorum praelaturæ annexa, non tamen prælumitur
esse delegata, nisi illud expressè declaretur.

Q. 4 Quænam in vi obedientiæ à prælato regulari
præcipi possit?

R. Materia ad quam se potestas hæc extendit in ve-
riori & communiori sententia est, quidquid in regulâ,
quam religiosi professi sunt, vel formaliter & explicitè
vel virtualiter & implicitè (id est quidquid ad regulæ
observationem reputatur moraliter necessarium) con-
tinetur, cujus rationem assignat S. Th. hic Q. 104.
a. 5, ad 3 ita differens: *Religiosi obedientiam profiten-
tur, quantum ad regularem conversationem, secun-
dum quam suis prælatis subduntur & ideo quantum ad
illa sola obedire tenentur, quæ possunt ad regularem
conversationem pertinere & hac est obedientia sufficiens
ad salutem, si autem etiam in aliis obedire voluerint,
hoc pertinebit ad cumulum perfectionis, dum tamen
illa non sint contra Deum aut contra professionem regu-
larem: quia talis obedientia esset illicita, sic ergo po-
test triplex obedientia distingui, una sufficiens ad salu-
tem, quæ scilicet obedit in his, ad quæ obligatur, alia
perfecta, quæ obedit in omnibus licitis, alia indiscreta,
quæ etiam in illicitis obedit. Idem S. D. in 2. dist. 44.
Q. 2. a. 3. Explicat obligationem obedientiæ his ver-
bis: *Cum debitum obedientiæ ex ordine praelationis
causetur: ad illa tantummodo ex obedientia voto sub-
ditus obligatur, ad quæ praelatio est ordinata. Ad
hoc autem praelationes in religionibus ordinantur, ut
status religionis secundum instituta regulæ conservetur:
& ideo in his solum, quæ ad regulam pertinent, de-
bitum obedientiæ causatur, sciendum autem, quod
ad regulam pertinet aliquid dupliciter: vel directè vel
indirectè. Directè sicut ea, quæ in statutis regula
continentur, ut non comedere carnes, tenere silen-*
*tium,**

tium, & huiusmodi. Indirectè sicut ea, quæ pertinent ad mutua obsequia, sine quibus status religionis servari non posset, vel etiam quæ pertinent ad pœnam transgressionum, etsi de eis nulla specialis mentio in regulâ fiat, simili modo obedientiæ limites ponit S. Bernardus libr. de præcept. & dispensat. cap. 7. ubi in illa regulæ S. Benedicti verba: *Omnes magistrum sequantur regulam; ita: non parum Prelati præscribitur voluntati, quod is, qui proficitur, spondet quidem obedientiam non tamen omnimodam, sed determinatè, secundùm regulam, nec aliam, quam Sancti Benedicti, ut oporteat eum qui præest, non fræna sua laxare voluntati super subditos, sed præfixam ex regulâ sibi scire mensuram, & sic demùm sua imperia moderari circa id solùm, quod rectum esse constiterit, nec quodlibet rectum, sed hoc tantùm, quod prædictus Pater instituit, aut certè quod sit, secundùm quod instituit.*

Dices: Si talibus terminis circumscripta sit obedientia, ergò religiosus subditus poterit discernere, in quo sit obediendum vel non, ac ita iudicare poterit præceptum superioris, quod videtur repugnare obedientiæ.

R. Non repugnat obedientiæ facere discretionem inter actus, qui præcipi possint vel non possint, aliàs etiam esset obediendum in illis, quæ manifestè mala sunt, sed repugnat obedientiæ discutere ipsum præceptum v. g. an hic & nunc materia, in quâ aliàs obediendum est, rationabiliter præcipiatur, aut an potestas præcipiendi huic vel illi fuerit conferenda &c.

Ex dictis inferitur 1. Quod in vi obedientiæ possit imponi satisfactio ob regularem transgressionem, Ratio est: quia impositio satisfactionum & pœnarum ad communem regulæ observantiam necessaria est, ne regula passim violetur.

Infer-

Inferitur 2
obediencia
a pœnitentia
ne sub obe
dientibus,
dientia p
em professe
statu regul
VIII. Pe
statui (C
ali modesti
extra sua
secularium
eadem n
at, cui sua
nerunt, g
ndalum pla
denti consti
sanctus,
que futuras
quibuslibet
suis mor
na: ita,
pre se profes
causa (nisi
quam labor
que gravi
na deinceps
in honesta p
manifesta e
rit, specia
laudem.
ut. l. 25.
scopus sub o
malediction

Inferitur 2. Si ad evitandum certum peccatum. Ad observantiam votorum aut statutorum ordinis necessaria judicetur observantia jejunii, solitudinis, à superiore sub obedientiâ præcipi potest; ob quam causam monialibus, ad observantiam castitatis promissæ in vi obedientiæ præcipi posset perpetua clausura, licet eandem professæ non sint, ut probatur ex cap. unic. de statu regular in 6. lib. 3. tit. 16. in quo Bonifacius VIII. *Periculoso & detestabili quarundam monialium statui (quæ honestatis laxatis habentis & monachali modestiâ sexûsque verecundiâ impudenter abjectis extrâ sua monasteria nonnunquam per habitacula secularium personarum discurrunt, & frequenter intra eadem monasteria personas suspectas admittunt, in illius, cui suam integritatem voluntate spontaneâ devoverunt, gravem offensam, religionis opprobrium, & scandalum plurimorum) providere salubriter cupientes, presenti constitutione perpetuò irrefragabiliter valiturâ sancimus, universas & singulas moniales presentes atque futuras, cujuscunque religionis sint vel ordinis, in quibuslibet mundi partibus existentes, sub perpetua in suis monasteriis debere de cætero permanere clausura: ita, quod nulli earum religionem tacitè vel expressè professæ sit vel esse valeat quacunque ratione vel causâ (nisi fortè tanto & tali morbo evidenter earum aliquam laborare constaret, quod non posset cum aliis absque gravi periculo seu scandalo commorari) monasteria deinceps egrediendi facultas; nullique aliquatenus inhonesta personæ nec etiam honestæ (nisi rationabilis & manifesta causa existat, ac de illius ad quem pertinet, speciali licentiâ) ingressus vel accessus pateat ad easdem. Quam constitutionem Concilium Trident. sess. 25. de regular. cap. 5. renovans. Universis Episcopis sub obtestatione divini judicii & interminatione maledictionis æternæ, præcipit, ut in omnibus monaste-*

monasteriis sibi subjectis, ordinaria, in aliis verò sedis Apostolicæ auctoritate clausuram sanctimonialium, ubi violata fuerit, diligenter restitui, & ubi inviolata est, conservari maxime procurent, inobedientes atque contradictores per censuras Ecclesiasticas aliasque pœnas quâcunque appellatione postpositâ compescentes invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Infertur 3. Si superior regularis merè indifferentia præcipiat in finem exercendi subditos in virtute obedientiæ, tenentur subditi obedire, eò, quod ob illam circumstantiam finis ad observantiam regularem pertineant, secus est, si vanè & inutiliter ex nullo ad religionem pertinente fine præcipiantur.

Q. 5. Qualis sit obligatio voti stabilitatis?

R. Vi voti stabilitatis obligatur religiosus non quidem ad stabilitatem materiale, id est: ut in eodem, monasterio vel conventu semper remaneat, sed ad stabilitatem formalem, quæ consistit in eo: ut semper remaneat sub obedientiâ ejusdem Prælati & nunquam se eidem subtrahat, quominus regulæ convenientia præcipere possit; huic voto repugnat Apostasia à religione, quâ quis exit è religione animo in perpetuum excutiendi religiosæ obedientiæ jugum, statumque religiosum derelinquendi, & fuga, quâ quis religionem ad tempus deserit cum animo ad eandem revertendi, imò & sine licentiâ è monasterio egressio & habitûs temeraria dimissio.

Q. 6. Qualiter fugitivi & Apostatæ reducendi sint & quas pœnas incurrant?

R. 1. Fugitivos & Apostatas tenentur prælati regulares annuatim sollicitè requirere, & possunt eos etiam in alieno territorio, etiam invocato brachio sæculari, quod iudices sæculares in conscientiam præbere tenentur, capere.

2. Fu-

Fugitivi
ob fugam
per accessu
communican
in 6. lib.
dies non re
larum in e
Religiosi
per censuram
incurrer
suarum ordi
tam ab exer
que à Pot
etiam ad al
de Ap
nullu
impediunt
dem g:aviter
cap. 4. ne re
prælati
nisi ab e
to mortali
pvi nec Apo
velint se à
enim consu
milium præ
posi è mona
Innoc. III
facto excom
m fugitivus
Q. 7. Quali
ponis, eum
Religiosi
naturali:
cujus est
Theol.

2. Fugitivis non est certa pœna de jure statuta præcisè ob fugam, sed vel ob dimissionem habitûs vel propter accessum ad studia sine licentiâ superiorum excommunicantur in cap. ut periculosa 2. ne Cler. vel mon. in 6. lib. 3. tit. 24. vel si post monitionem intra 15. dies non revertantur, incurrunt excommunicationem latam in extrav. 1. de regul. inter comm.

3. Religiosis Apostatis etiam de jure communi non est certa censura inflicta ipso facto præcisè propter Apostasiam incurrenda, sed si suscipiant tempore Apostasie sacrum ordinem, propter infamiam ex Apostasiâ incursum ab exercitio ejus ordinis tamdiu sunt suspensû, quousque à Pontifice obtineant dispensationem, sine quâ etiam ad altiorem ordinem ascendere non valent, cap. ult. de Apostat. lib. 5. tit. 9. si tamen tempore Apostasie nullum ordinem sacrum susceperint, reversi non impediuntur recipere sacros ordines. Præcipitur quidem graviter à Concilio Trid. sess. 25. de regularibus cap. 4. ne religiosi à suis conventibus recedant sine licentiâ prælati etiam sub prætextu superiorem accedendi, nisi ab eo fuerint vocati, quæ prohibitio sub peccato mortali obligare censetur, attamen tales nec fugitivi nec Apostatæ sunt dicendi, cum nec ad tempus velint se à jugo religionis subducere.

Demum consulendo, mandando vel recipiendo aliudve auxilium præbendo positivè cooperantes ad fugam religiosi è monasterio ex variis religionû privilegiis scilicet ab Innoc. III. Leone X. Pio V. concessis incurrunt ipso facto excommunicationem Papæ seu religionis, ad quam fugitivus spectat, Prælato reservatam.

Q. 7. Qualiter religiosus teneatur gestare habitum religionis, eumque dimittens puniatur?

R. Religiosus tenetur portare habitum & ex jure quasi naturali: quia tenetur publicè contestari religionem, cujus est membrum, quæ contestatio fit per

2.2. Theol. Schol. Pars posterior. Qq gesta-

gestationem regularis habitus; & ex jure positivo sacrorum Canonum ubi notandum cap. 2. ne Clerici vel Monachi in 6. ubi Bonif. VIII. *Ut periculosa religiosi evagandi materia subtrahatur: districtius inhibemus, ne de cetero aliquis quamcunque religionem tacite vel expressè professus in scholis aut alibi temere habitum suæ religionis dimittat; si quis horum temerarius violator extiterit, excommunicationis incurrat sententiam ipso facto.* Hinc ut dimissio habitus sit grave & excommunicationi obnoxium peccatum, ea debet esse seria, quæ dare possit occasionem vagandi, & fieri debet ex animo se religiosum occultandi; undè si fiat ex justâ & rationabili causâ v. g. ad conversionem infidelium, ad scandali, infamiæ, mortis, jacturæ divitiarum periculum vel proprium vel alienum averendum, caret omni culpâ, imò si contingat religiosum patrato aliquo delicto, ne capiatur & puniatur à Prælato, ad se occultandum dimittere habitum, vel injustè gravatum à suo Prælato, ne ab hujus ministris capiatur, dimisso habitu fugere ad superiorem, non est reus temerariæ dimissionis, nec consequenter incurrit excommunicationem ex hâc ratione: quia temeritas propriè dicta est, dum quis nullâ causâ ductus agit pro nihilo reputans legis violationem cum virtuali saltem legis contemptu operando, qualis temeritas hic non intervenit; sicut neque est temeraria habitus dimissio, si religiosus exuat habitum ut se adaptet dormitioni, vel ad usum balnei, sive id fiat causa infirmitatis, imo caloris quoque æstivi, sive ut purget habitum, imo in ludo quoque ac recreatione ut aliam personam aptius repræsentet alias vestes superinduens non est excommunicationi obnoxius. Econtra si religiosus retentis propriis vestibus temerè vestes sive seculares sive etiam alterius ordinis superinduat, ut suum habitum occultet (textus enim cap. cit. non tantum dicit: *reli-*

gionis

De O
 nis, sed /
 nis monast
 incurrit e
 is dimissio
 di, attran
 Q. ultimò
 materiam o
 e, Consi
 am voti v
 ip tantum
 nalem con
 nel peccat t
 penæ à su
 u qualiter r
 nmentato
 vati eadde
 regulâ S. Be
 auctores
 sententia il
 e regularib
 tu, quod
 nimis dire
 ndam, reg
 tempus ver
 voluntas tra
 vel regulæ,
 am vel leg
 am partic
 am inducit
 vel regulæ,
 causâ, eti
 peccatum
 tively ind
 to, i b. In
 am, conte

gionis, sed suâ dimittat) inò si non extrâ sed etiam intra monasterium habitum temerè dimittat, religiosus incurrit eandem excommunicationem, quia licet talis dimissio per accidens non præbeat occasionem vagandi, attamen ex natura suâ illam præbet.

Q. ultimò qualiter constitutiones regulares extrâ voti materiam obligent?

R. Constitutiones regulares communiter extra materiam voti vel aliàs præceptam non obligant nisi sub culpâ tantum veniali vel sub pœnâ; consequenter citrà formalem contemptum illas transgrediens vel non peccat vel peccat tantum venialiter, semper tamen obnoxius est pœnæ à superiore taxatæ. Dixi: communiter; quia qualiter regulæ particularium ordinum obligent, ex commentatoribus eas explanantibus, aut ex modo quo timorati easdem interpretari solent, desumendum est. De regulâ S. Benedicti qualiter extra materias voti obliget, authores non conveniunt, sed probabilior videtur sententia illorum, qui docent eandem in statutis merè regularibus solum obligare sub pœnâ secluso contemptu, quod addo: quia contemptus regulæ etiam in minimis directè repugnat voto conversionis morum secundum, regulam, ac proindè est peccatum mortale, contemptus vero ex doctrinâ S. Th. contingit, quando voluntas transgredientis renuit subjici ordinationi legis vel regulæ, & ex hoc procedit ad faciendum contra regulam vel legem, quando autem e converso propter aliquam particularem causam puta concupiscentiam vel iram inducitur ad aliquid faciendum contra statuta legis vel regulæ, non peccat ex contemptu sed ex aliquâ aliâ causâ, etiamsi frequenter ex eâdem causa vel aliâ simili peccatum iteret. Frequentia tamen peccati dispositivè inducit ad contemptum secundum illud Proverb. 18. *Impius, cum in profundum venerit peccatorum, contemnit.*

Obj. Omnia quæ in regulâ continentur cadunt sub voto, nempe conversionis morum, quo aliquis vovit omnia in regula contenta servare, atqui quod cadit sub voto ad illud obligatur quis semper sub culpa, ergo.

R. Negando maj. cujus probatio distinguitur: omnia quæ in regula continentur cadunt sub voto conversionis morum eo modo, quo in regula continentur Con. alio modo N. non enim vovemus regulam & omnia quæ in regula continentur, sed conversionem morum secundum regulam & consequenter vel servare in regula contenta vel sustinere bono animo pœnam à regula vel superioribus taxatam, quam si vovens subire renuat, directè contra votum conversionis morum peccat.

Licet hæc speculativè vera sint, ac regulæ ordinum non obligarent sub aliqua culpa, attamen practicè loquendo vix transgressio regularis etiam secluso formali contemptu est ab omni culpâ libera: tum quia plerumque procedit vel ex negligentia & tepiditate ad procurandum profectum spirituales, vel ex propensione ad laxitates & dissolutiones, tum quia rarò fiunt prævaricationes regulares ex honesto aliquo fine, ac proindè hoc ipso sunt actus otiosi & inordinati carentes debito fine, imo si accedat præceptum superioris, qui juxtà superius dicta, ea quæ ad regulam pertinent vi potestatis sibi ex voto obedientiæ competentis præcipere potest, obligatur religiosus subditus in vi istius præcepti ad contenta in regula sub peccato.

§. 3.

De antecedentibus, concomitantibus, & consequentibus professionem religiosam.

Antecedunt professionem ea, quæ requiruntur tum quoad capacitatem personæ religionem professuræ, tum ad probationem ordinis suscipiendi. Comi-

tantur

De
necur prof
nent. Con
vorum,
quandocumque
quentibus
Q. 1. Q
R. 1. So
gionem est
na à solis ra
2. Qui li
vella 2. can.
dum Trid.
gressum m
pluribus cap
em & profes
tatio aut co
no liberè r
1. excommu
nem extra
gunt, aut
stitutioni au
nisi sunt ad
gredi à pare
nendi can.
no Trid. loc
regnum vel
nendi vel v
sulla impedi
3. Legitim
cipi possunt
ind. self. cit
Vespere vale
odie: quia
us in monast
tæque proles

tantur professionem ea, quæ ad ipsius substantiam pertinent. Consequitur professionem præter obligationem votorum, quandoque contrà invalidam reclamatio, quandoque ad alium ordinem transitus. De singulis in sequentibus agendum.

Q. 1. Qui possint suscipi ad religionem?

R. 1. Soli rationis compotes, quia ingressus in religionem est via ad professionem vel vota religionis, quæ à solis ratione utentibus emitti possunt.

2. Qui liberè ad religionem admitti petunt can. puella 2. can. præsens 4. Caus. XX. Q. 2. undè Concilium Trid. omnem metum, omnes persuasiones circa ingressum monasterii abesse voluit & sess. 25. de regularibus cap. 17. præcipit, ut ante habitus susceptionem & professionem puellæ ab Episcopo vel altero ejus vicario aut commissario diligenter examinentur: an omnino liberè religionem amplexæ sint, eadem sess. cap. 18. excommunicat eos, qui virginem aut aliam mulierem extra casus in jure expressos ad monasterium cogunt, aut ad hoc cooperantur, aut scienter tali investitioni aut professioni interfunt; sicut autem nulli inviti sunt ad religionem cogendi, ita etiam volentes ingredi à parentibus consanguineis vel aliis non sunt retrahendi can. hoc sanctum 16. Causa XXXII. Q. 2. ideo Trid. loc. cit. simili anathemati subjicit eos, qui virginum vel aliarum mulierum voluntatem velum accipiendi vel votum emittendi quoquo modo sine justa causa impederint.

3. Legitima ætas, qua hodie ad habitum religionis suscipi possunt, sunt anni pubertatis completi, ita Trid. sess. cit. cap. 17. *Puella, qua habitum regularem suscipere voluerit, major duodecim annis sit.* Dixi: hodie; quia olim impuberes offerebantur à parentibus in monasteriis, qui oblatas repetere non poterant, neque proles oblatæ ante annos pubertatis egredi poterant,

terant, nullam tamen religionis obligationem hæc oblatio inducebat, approbatur hæc oblatio à S. Th. hic Q. 189. a. 5.

4. Ad religionem suscipi possunt Clerici & sacerdotes sæculares etiam curati postquam jam monachi cœperunt esse Clerici & sacris ordinibus initiari Can. duæ sunt 2. *Causa XIX. Q. 2. cap. super eo 9. de regular. lib. 3. tit. 31.* Episcopi tamen sine licentia S. Pontificis non possunt transire ad religionem cap. licet 18. *de regular. cap. inter corporalia 2. de translat. Episc. & cap. nisi cum pridem 10. de renunt.*

5. Ad religionem admittendi non debent esse notati aliquâ infamiâ, servi, conjugati, ad ratiocinia danda sive publica sive privata obligati, cum enim tales personæ arceantur à Clero Can. tantis 3. *dist LXXXI. Can. qui verè 12. Caus. XVI. Q. 1. Can. si quis incognitus 3. Caus. XVII. Q. 2. cap. un. de obligatis ad ratiocinia lib. 1. tit. 19. cap. quidam 3. de convers. conjug. lib. 3. tit. 32.* etiam excluduntur à monasteriis; ratione strictioris obligationis etiam *Parentibus in necessitate existentibus, ita, quod eis commodè aliter, quam per obsequium filiorum subveniri non possit; non licet Filiis prætermisso parentum obsequio religionem intrare.* S. Th. hic Q. 189. a. 6. O. & ii, qui hoc iustum esse judicant, & non potius debitum honorem parentibus reddiderint, ut hoc ipsum in eis venerentur, quod fideles sunt anathematizantur in Can. 1. *dist. XXX. desumpto ex Concil. Gangrensi.* hinc etiam qui vovisset ingredi religionem, non obligaretur exequi votum, quamdiu parentes opera ipsius indigerent in sæculo.

Demum ad religionem non sunt admittendi, qui laborant aliquo corporis vitio, propter quod sunt inepti ad ferenda onera monastica, sicut enim in sacrificiis veteris legis vetitum erat offerre animalia vitiosa, ita etiam
paren-

De O
vices vitio
monasteri
defectibus
ma, ut eni
XLIX. Ca
o dicit mag
jungit que
ignum eni
Q. 2. Qua
n & quibus
1. Ex O
In quacu
non nullus,
susciprum
tionem est a
la, nullam
vel Religi
quoscunq
probator
nec unica qu
is sit invest
a potest fac
14. sed
ur idem te
quia illud
belluri, ut
lioni assum
pro uno,
14. quus die
mittitur.
ms; interr
nar habitur
ligione rec
quam integer
talıs revert

parentes vitiosè offerunt proles defectuosas ad Clerum vel monasterium, quod non tantum est intelligendum de defectibus corporis, sed etiam de defectibus & vitiis animæ, ut enim dicit S. Hieronymus relatus in Can. 2. dist. XLIX. *Cacum animal offert, qui ordinat indoctum loco docti, magistrumque facit, qui vix discipulus esse poterat, jungitque optimam ejus, quod dictum est rationem; indignum enim est dare Deo, quod dedignatur homo.*

Q. 2. Qualiter ad Religionem admissus debeat probari & quibus potiatur favoribus?

R. 1. Ex ordinatione Trid sess. 25. de regul. cap. 15. In quacunque Religione tam virorum quam mulierum nullus, qui minori tempore, quam per annum post susceptum habitum in probatione steterit, ad professionem est admittendus, & professio ante facta est nulla, nullamque inducit obligationem ad alicujus regulæ vel Religionis vel Ordinis observationem aut ad alios quoscunque effectus; ex quâ Ordinatione ad annum probationis requiritur: imprimis ut sit integer, ut nec unica quidem dies imò nec momentum deficiat, si quis sit investitus in anno simplici 24. Februarii, non potest facere professionem in sequenti Anno bissextili 24. sed solum 25. Februarii quando completur idem tempus diei 25ti in anno bissextili *Ratio est:* quia illud tempus novitiatus requiritur in favorem professuri, ut cum majore deliberatione statum Religiosum assumat, & communiter censetur duplex ille dies pro uno, unde secundum communem acceptionem 24tus dies debet esse completus, dum aliud non exprimitur. Deinde debet esse continuus non interruptus; interrumpitur autem Novitiatus, si quis deponat habitum ex intentione mutandi statum: aut à religione recedat animo redeundi ad sæculum, antequam integer annus probationis sit completus, ideoque talis revertus, ut ad professionem admitti possit, de-

bet reincipere integrum annum probationis, aliud foret, si quis completo integro anno novitiatus ad sæculum regrederetur, tunc enim facti pœnitens iterum ad Religionem assumptus non indigeret novo anno probationis, cæterum nec morbus nec dimissio habitus cum licentia superiorum, nec egressus è monasterio cum eadem licentia annum probationis interrumpunt, si quis tamen ad tempus notabile in novitiatu incidere in amentiam, tempus amentia non computaretur pro tempore probationis.

2. Novitius potest licitè ex Religione exire, cum possit favori & gratia pro se introductæ liberè renuntiare, quæ libertas ut major sit, præcepit Trid. sess. 25. de regul. cap. 16. ut abeunti ante possessionem omnia restituantur, quæ contulit, ne hâc occasione discedere liberè nequeat, eò quod totam vel majorem partem substantiæ suæ monasterium possideat, nec facilè, si discesserit, recuperare possit, econtrà ipse Novitius absque iusta causa dimitti nequit, aut ei suffragium ad professionem negari, & potest ab hac injuria Novitius ad legitimum superiorem appellare.

3. Novitius fruitur omnibus juribus & privilegiis Religionis ac in favorabilibus venit nomine Religiosus sic habet privilegium Canonis & fori Cap. Religioso 21. de sent. excommunicationis in 6. lib. 5. tit. 11. Particeps est omnium indulgentiarum & privilegiorum ipsi adaptabilium.

4. Beneficium, si quod habuit, tempore Novitiatus retinet, illique debentur omnes fructus beneficii assignatâ deservitori congruâ portione cap. beneficium 4. de regul. in 6. lib. 3. tit. 14.

5. Non obligatur quidem directè ad Regulam & statuta Ordinis: quia ad illorum observantiam per Professionem se nondum obstrinxit, benè tamen indirectè & ex decencia: quia dignum est, ut qui similem

cum

cum aliis vitam suscipiunt, similem sentiant in Legibus disciplinam arg. Cap. recolentes 3. de statu Monach. lib. 3. tit. 35.

6. Monasterio ex dispositione Concilii Trid. l. cit. nihil ante professionem excepto victu & amictu novitii illius temporis, quo in probatione est, quocunque prætextu à Parentibus vel propinquis aut curatoribus est dandum, ne hâc occasione discedere nequeat, nec ipse novitius validè renuntiare aut se obligare (quo nomine intelliguntur omnes dispositiones gratiosæ inter vivos sive post sive ante ingressum intuitu ingressûs factæ) potest etiam cum juramento vel in favorem cujuscunque causæ piæ, nisi cum licentia Episcopi sive ejus Vicarii intra duos menses proximos ante professionem, nec tamen renuntiatio aliàs intelligatur effectum habere, nisi professione secutâ. Potest tamen juxtâ declarationem sacræ Congregationis Novitius quocunque tempore testamentum aut dispositiones mortis causa facere, quæ per professionem confirmantur: quia professio religiosa habet rationem mortis civilis arg. à sensu contrario cap. cum simus 14. de regular. Lib. 3. tit. 31.

Q. 3. Quid & quotuplex sit professio & quos habeat effectus?

R. 1. Professio est emissio trium votorum essentialium Obedientiæ, Paupertatis, & Castitatis in manibus illius, qui potestatem habet vota illa acceptandi & profitentem incorporandi; undè ad valorem professionis, præter annum probationis suprâ expositum, requiritur legitima ætas nempe sexdecim annorum completorum ex Trid. sess. 25. de regul. cap. 15. Libertas plena à metu cadente in constantem virum ad professionem extorquendam incusso Cap. nullus 1. Cap. cum virum 12. de Regul. Cap. 1. de his qui vi metusve &c. Lib. 1. tit. 40. Trid. sess. 25. de Regul. Cap. 19. de-

num acceptatio ab habente potestatem incorporandi facta, talis acceptans est Prælatus Cap. consuluit 4. qui Clerici vel vœventes. Lib. 4. tit 6. Modo accedat consensus majoris partis conventus, ità ut nec conventus sine Prælato nec Prælatus sine conventu ad Professionem validè admittere possit, quod jus non tam Canone scripto, quam consuetudine introductum praxis comprobatur.

2. Professi, alia est expressa, alia tacita; expressa fit verbis vel scripto, tacita facto: imprimis quando quis per integrum annum gestavit habitum in Ordine, in quo habitus Novitiorum non est dissimilis habitui Professorum Cap. 1. de Regul. in 6. Clement. eos qui eodem t. Deinde quando in Ordine, in quo habitus Novitiorum dissimilis est habitui professorum per tri-duum sciens & volens gestavit habitum Professorum Cap. constitutionem 3. de Regul. in 6. Denique quando quis actibus Professorum propriis se ingressit Cap. vidua 4. de regul.

3. Effectus Professionis sunt: 1mò. Obligatio ad tria vota substantialia, ità ut nec mutuo Religionis ac Professi consensu tolli possit. 2dò. Probabiliter remissio omnis pœnæ, ità S. Th. hic Q. 189. A. 3. ad 3. *Rationabiliter dici potest, quod etiam per ingressum Religionis aliquis consequatur remissionem omnium peccatorum. Si enim aliquibus eleemosynis factis homo potest statim satisfacere de peccatis suis, secundum illud Dan. 4. Peccata tua eleemosynis redime, multò magis in satisfactionem pro omnibus peccatis sufficit, quod aliquis se totaliter divinis obsequiis mancipet per Religionis ingressum verum quia S. D. dubitativè illud affirmat, ut patet ex iis quæ subjungit: si tamen non absolverentur per hoc ab omni reatu pœna &c. Nec aliunde satis hic effectus probatur, hinc consequuntur habitum Religiosum suscipientes & profitentes hanc pœnæ*

De Off
re remissio
arias, qua
us Pontife
arii, conc
u cuiuslibe
ones a leg
ad in illo fu
ntentes & c
ur, §. 7. I
u communi
annum pro
omnibus vo
ni redem t
pl. in 6. ul
ni quis ab
torem. e
vitiolis nat
7. Et omni
tendum te
iudicis, in fi
um & matri
Q. 4. Qual
contra eam
1. Si pro
n consensus
ne anni pro
zi, attam
non scivit
u conjuger
nimonium
necentur ma
u impedime
um monaste
natio, &
nle notitia i

pœnæ remissionem (si dispositi sint) per indulgentias plenarias, quas Paulus V. in Bullâ quæ incipit: Romanus Pontifex, & est 21ma hujus Pontificis tom. 3. Bullarii, concessit. § 6 omnibus qui Canonice & juxta cujuslibet Religionis Ordinem Apostolicas constitutiones à legitimis superioribus habitum causâ profitendi in illo susceperint, in die ingressûs, si verè pœnitentes & confessi Sacramentum Eucharistiæ susceperint. § 7. Novitiis, qui pœnitentes & confessi ac sacra communione refecti post completum probationis annum professionem emiserint. 3tò. Liberatio ab omnibus votis ante factis Cap. Scripturæ 4. de voto & voti redemptio Lib. 3. tit. 34. Cap. qui post. 5. de Regul. in 6. ubi per Professionem factam in Ordine laxiori quis absolvitur à voto ingrediendi Ordinem strictiorem. 4tò. Solutio ab irregularitate quæ orta est à vitiosis natalibus Cap. 1. de filiis Presbyt. Lib. 1. tit. 7. Et omni macula quæ ante faciebat incapacem ad ferendum testimonium arg. Cap. cum deputati 16. de judiciis. in fine Lib. 2. tit. 1. 5tò. Diremptio sponsalium & matrimonii rati. De quâ alibi.

Q. 4. Qualiter professio religiosa invalida ratificari vel contrâ eam reclamari possit?

R. 1. Si professio ex defectu aliquo substantiali ut liberi consensus, defectu ætatis aut deficiente integritate anni probationis &c. sit invalida, poterit ratificari, attamen hæc ratificatio nunquam fit ab illo, qui non scivit subesse impedimentum nullitatis, uti etiam conjuges invalidè copulati nunquam revalidare matrimonium possunt, si non sciant aut ad minus non suspicentur matrimonium fuisse ab initio nullum: Si verò impedimentum resciat, de rigore ab utrâque parte tam monasterii quam invalidè professi deberet fieri ratificatio, & consequenter ex parte utriusque intervenisse notitia impedimenti, attamen hanc ratificationem

nem ex parte monasterii videtur supplere Ecclesia, dum eum, qui non reclamavit intra quinquennium, habet pro professo; potest autem hæc ratificatio fieri vel expressè, dum sciens professionem fuisse nullam, illam apud se renovat, vel tacitè, dum cum eadem notitia exercet actus professorum, ut eligit Prælatum, suscipit Ordines sacros titulo professionis.

2. Si verò professionem nullam non ratificaverit, potest invalidè professus contra illam reclamare servatâ formâ à Trid. præscriptâ sess. 25. Cap. 19. de Regularibus. Imprimis reclamare volens non debet habitum dimittere, & si dimiserit, eundem debet reassumere, nec absque licentia superioris à monasterio recedere debet. Deinde debet causas nullitatis intra quinquennium à die factæ professionis proponere, elapso quinquennio in foro externo non amplius auditur, & ex præsumptione juris & de jure censetur professio valida aut ad minus ratificata; potest tamen per superiorem, qualis ex stylo Curia Romanæ est solus summus Pontifex, adversus lapsum quinquennii fieri restitutio in integrum, ex eo, quod invalidè professus non sciverit impedimentum, aut quod impedimentum v.g. metus eousque duraverit, aut quod recursum ad superiorem habere non potuerit. Denique debet causas nullitatis coram suo superiore regulari & ordinario loci legitimè deducere & plenè probare.

Q. 5. Qualiter Religiosus professus possit transire de uno Ordine ad alium?

R. Religiosus regulariter non potest transire de uno monasterio ad aliud absque licentia sui superioris, multò minùs ab uno Ordine ad alium Cap. Joannes 5. Cap. non est vobis 7. de regul. Si tamen aliquis afflatus Spiritu sancto ad majorem perfectionem aspiraret, transire ab uno Ordine ad alium est permissus juxta Cap. licet 18. de regul. in quo ità Innoc. III. interpretatur &

limi-

De Of
privile
in vitis a
nem ubi Spi
Des agunt
ia iusto: e
ne quis
injuriarum f
alium Ord
licet constat
ndi licentia
ritate duxer
nem melior
in transire
in primò t
ia levitate
is perfectio
line laxior
Cap. sanè
Lib. 3. tit
mò transire
manifeste
petitâ li
obare: an
ine, & si i
re licentiar
transire Relig
si Prælatus
et nihilomi
Q. Ultim
rejeci?
R. Circâ
observandur
III. Anno
tam: in qu

limitat privilegium Ordini concessum, ne quis superioribus invitis ad alium Ordinem transire possit: *Quia tamen ubi Spiritus Dei est, ibi libertas: & qui Spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege, quia lex non est posita iusto: eâ ratione videtur hoc illis fuisse concessum, ne quis ex temeritate vel levitate in jacturam vel injuriam sui ordinis sub pretextu majoris Religionis ad alium Ordinem transvolaret, sicut frequenter à multis constat esse presumptum: non quidem ut ei transeundi licentia denegetur, qui eam cum humilitate & puritate duxerit postulandam, ut non fictè sed verè ad frugem melioris vite valeat transmigrare: ex quibus hæc in transeundo ab uno ad alium Ordinem servanda sunt: primò transitus ille debet fieri non ex inconstantia levitate aut passione aliquâ, sed ex puro zelo majoris perfectionis. Secundò debet fieri transitus ab Ordine laxiore ad Ordinem vel observantiam austeriorem Cap. sanè 10. de regular. extravag. viam 1. de regul. Lib. 3. tit 8. Trid. sess. 25. de regul. Cap. 19. Terriò transire volens debet propositum suum suo superiori manifestare & licentiam petere. Quarto Prælati, petitâ licentiâ, debet rem ponderare & Spiritum probare: an sit ex Deo vel Dæmone, carne aut sanguine, & si invenerit Spiritum à Deo esse, obligatur dare licentiam, si constet, quod Religio, ad quam vult transire Religiosus, velit transeuntem recipere. Quintò si Prælati licentiam petitam injustè deneget, potest nihilominus Religiosus ad alium Ordinem transire.*

Q. Ultimo an religiosi professi possint à religione ejici?

R. Circa ejectionem religiosorum professorum observandum est decretum S. congreg. jussu Urbani VIII. Anno 1624. editum tom. 5. bullarii N. 27 relatum: in quo decernitur §. 6. ut in posterum à religioni-

gionibus nullus legitimè professus ejici possit, nisi sit verè incorrigibilis, verè autem incorrigibilis minimè censeatur, nisi non solum concurrant omnia, quæ ad hoc ex juris communis dispositione requiruntur, sublati hac in parte statutis & constitutionibus cujusque religionis & ordinis etiam à sede apostolica approbatis & confirmatis; etiam unius anni spatium in jejuniis & pœnitentiâ probetur in carceribus, proindeque unaqueque religio privatos habeat carceres in qualibet saltem provincia. Elapso autem anno, si nihilominus non respuerit, sed animo indurato in sua pertinacia perseveraverit, ne contagione pestiferâ plurimos perdat, tanquam pecus morbida ac membrum putre ejici tandem possit, sed ab ipsomet Generali tantum de consilio & assensu sex Patrum ex gravioribus religionis eligendis in singulis capitulis vel congregationibus generalibus; tuncque non nisi instructo secundum eorum stylum & constitutiones processu & plenè probatis causis expulsionis ad sacrorum canonum præscriptum. Interea tamen usque ad primum generale capitulum, seu congregationem proximè celebrandam, si quempiam ex justis & necessariis causis expellere oportebit, ejectio fieri possit à generali cum consilio & assensu sex Patrum, ut supra, quos idemmet Generalis eligere debeat infra quatuor menses à presentis decreti publicatione, servatâ tamen in reliquis formâ superius præscriptâ. §. 7. sic verò ejecti, quamdiu non redierint ad religionem, in habitu clericali incedant, atque ordinarii loci jurisdictioni, & obedientiæ subsint, proindeque Generalis ilicò expulsionis sententiam eidem ordinario notificare teneatur §. 9. præterea statuit, ut iidem superiores nemini ex religiosis expulsis litteras testimoniales concedant, illos ad sedem apostolicam rejicientes vel jubentes aliam religionem ingredi §. 10. item ut ejecti extrâ religionem degentes sint perpetuò suspensi ab exercitio ordi-

DE OFF
 tum, su
 psonem r
 ma in eje
 scandalo
 etiam que
 onis confi
 or reclusi
 pectratio,
 tum religio
 entius in
 aticatur.

Atrochia v
 men suu
 is) sic di
 tu pastorali
 tu ipamet
 iudictioner
 nia, eo que
 uochus.
 DICO ju
 robia, ac
 inferiorum
 eorum cur
 9. de refe
 Probatur C
 e tum ex c
 Dionysius
 dedimus; p
 usque jus p
 illis alterius
 quisque
 & pleb

ordinum, sublatâ ordinarius locorum facultate dictam suspensionem relaxandi aut moderandi. Hujus decreti forma in ejectione servanda, ut ea licitè fiat ob gravia, scandalosa & publica religiosorum delicta, videtur etiam quoad §. 6 tenenda si damno & infamiae religionis consulendo loco ejectionis perpetua decernatur reclusio & ab omni religiosorum consortio sequestratio, quæ tanquam medium ad præcavendam tum religiosorum tum sæcularium scandala frequentius in ordinibus religiosis quoad professos practicatur.

Q U Æ S T I O III.

De Parochiis.

Parochia vel parœcia strictè accepta (undè nomen suum trahit Ecclesia parochialis vel parœcialis) sic dicta est, quod sit partitio curæ & muneris pastoralis inter Episcopum & alios sacerdotes, sicut ipsamet Diœcesis, in quâ Episcopus curam & jurisdictionem exercet, antiquitus dicta est parochia, eo quod ipsemet Episcopus fuerit principalis parochus.

DICO *jure optimo distincta fuerunt Diœceses & parochia, ac unicuique gregi proprii attributi pastores & inferiorum Ecclesiarum rectores, qui suarum quisque ovium curam habeant.* Concilium Trid. Sess. 14. cap. 9. de reform.

Probatur Conclusio tum ejusdem concilii auctoritate tum ex can. Ecclesias un. caus. XIII. Q. 1. in quo Dionysius P. Ecclesias singulas singulis presbyteris dedimus; parochias & camiteria eis divisimus: & unicuique jus proprium statuimus, ità videlicet, ut nullus alterius parochia terminos, aut jus invadat, sed sit unusquisque suis terminis contentus, & taliter Ecclesiam & plebem sibi commissam custodias, ut ante
tribunal

tribunal aeterni iudicis ex omnibus sibi commissis rationem reddat : & non iudicium sed gloriam pro suis actibus accipiat. Supponitur hæc divisio in cap. pastoralis 9. de his quæ fi. à Præl. lib. 3. tit. 10. congruentia verò hujus divisionis in certas Ecclesias parochiales est : ut quilibet parochus suis finibus contentus proprias tantum oves agnoscat, & singulari studio curet, alienas aliis relinquat ; tum ut ipsæmet oves seu parochiani sciant à quonam in spiritualibus regiæ dirigi debeant ; ad quem pro administratione Sacramentorum aliorumque spiritualium recurrant, cum, si nullum certum ad ministeria spiritualia sibi obligatum agnoscerent, sæpe iis, quæ ad salutem pertinent, fraudarentur.

Obj. presbyteri in curandis animabus sunt successores Apostolorum, atqui Apostolis non fuit assignatus certus districtus, sed totus orbis omnesque fideles ipsorum curæ fuerunt commissi ; ergo etiam in toto orbe & omnium fidelium quilibet Presbyter debet curam gerere.

R. Licet Apostoli fuerint à Christo missi ad prædicandum Evangelium in universum mundum, ut tamen ordinatiùs Evangelium promulgarent fidemque promoverent, ipsimet distinctas orbis partes ingressi sunt. Undè congruè Ecclesiæ divisæ sunt, ut ordinatiùs & meliùs animæ curarentur, & essent aliqui, qui specialiter ex officio animas curarent, licet in necessitate & deficientibus aliis, quilibet sacerdos teneatur cujuslibet animæ curam gerere ob officium sacerdotale.

Parochia sumpta pro ipsa Ecclesia parochiali describi potest : quod sit Ecclesia, cui præest presbyter ad curam animarum intrà certos limites ex officio exercendam, autoritate Ecclesiastica deputatus. Dicitur 1. cui præest præbyter, sicut enim Ecclesiæ

Da C
 delia cath
 el præpos
 resbyter se
 aut pleba
 one sit, q
 Ecclesiæ
 nonachi in
 fuerint ple
 stantur e
 tarum exerc
 nam non i
 ritatem & ju
 mo & conc
 denotat p
 Sacrament
 bus deficie
 sed filialis it
 minum Sel
 nicopis, ut
 chitarum, ille
 hinc, ubi par
 eorum recto
 thromiscuè pe
 i sancta syn
 commissarum
 riasque par
 aremque pa
 ma t perpet
 stituendos p
 specialibus p
 Episcopis
 us ita numer
 re ecclesiasti
 mo peragen
 legati rectore
 a. Theol. S

clesie cathedrali Episcopus, collegiatæ Decanus
 vel præpositus &c. Ità Ecclesie parochiali præst
 presbyter seu parochus, alias dictus rector parochia-
 lis aut plebanus; etsi plebanus in strictiori signifi-
 catione sit, qui præficitur Ecclesie matriæ plures sub
 se Ecclesias vel capellas habenti cap. 1. ne clerici vel
 monachi in 6. lib. 3. tit. 22. ibi: *nisi eadem Eccle-*
sia fuerint plebania sub se capellas habentes, in quibus
instituantur clerici perpetui. Dicitur 2. ad curam ani-
 marum exercendam, nempe sumendo curam ani-
 marum non in sensu laxiori, quatenus includit po-
 testatem & jurisdictionem spiritualem pro foro ex-
 terno & contentioso, sed in sensu strictiori quate-
 nus denotat potestatem spiritualem pro foro interno
 & Sacramentali. Dicitur 3. intra certos limites,
 quibus deficientibus Ecclesia non censetur parochia-
 lis sed filialis in subsidium curæ pastoralis creata. Tri-
 dentinum Sess. 24. de reform. cap. 13. mandat
 Episcopis, ut ubi nondum designati sunt fines pa-
 rochiarum, illos determinent *in eis quoque civitatibus*
ac locis, ubi parochiales Ecclesie certos non habent fines,
nec eorum rectores proprium populum, quem regant,
sed promiscuè petentibus Sacramenta ministrant, man-
dat sancta synodus Episcopis, pro tutiori animarum
eis commissarum salute, ut distincto populo in certas
propriasque parochias, unicuique suum perpetuum pe-
culiareque parochum assignent. Ubi notanda par-
 ticula: perpetuum: per quam denotatur non esse
 constituendos parochos ad nutum amovibiles, sal-
 vs specialibus privilegiis pontificiis. committit quo-
 que Episcopis Sess. 21. de reform. cap. 4. ut si po-
 pulus ità numerosus sit, ut unus rector non possit suf-
 ficere ecclesiasticis Sacramentis ministrandis & cultui
 divino peragendo, cogant tanquam sedis apostolicæ
 delegati rectores, vel alios ad quos pertinet, sibi

tot Sacerdotes ad hoc munus adungere, quod sufficientiant ad Sacramenta exhibenda & cultum divinum celebrandum, si verò parochiani ob locorum distantiam sine magno incommodo ad Ecclesiam parochialem non valeant accedere ad percipienda Sacramenta & audienda divina officia, novas erigant parochias etiam invitis rectoribus assignatâ novo rectori congruâ portione pro sustentatione ex redditibus Ecclesiæ matricis, juxtâ cap. ad audientiam 3. de Eccles. ædific. &c. lib. 3. tit. 48. vel ut, si necesse fuerit, compellant populum ad subministrandâ congruam novo Sacerdoti sustentationem. Nulla contra fines parochiæ valet præscriptio, *si fines legitimâ probatione, vel alias indubitatâ fide constitit ecclesiasticâ ordinatione statutos* cap. super eo 4. de paroch. lib. 3. tit. 29. Dicitur 4. ex officio: si enim jura parochialia non ex officio & jure proprio sed provisorio quodam modo in aliquo loco exercentur, nec locus ille Ecclesia parochialis, nec curam exercens parochus appellari potest, quo tamen non obstante Ecclesiæ parochiales monasteriis vel collegiis unitæ verè sunt tales, esto per Vicarium exercentur cura, nam si ille Vicarius sit perpetuus, nihil ferè differt à parochus: cum exercent curam ex officio, nec possit à monasterio vel collegio impediri; si verò sit temporalis & ad nutum amovibilis, non tam ille quam monasterium vel collegium, cujus agit Vicarium, curam administrare reputatur juxtâ decisiones Rotæ, & est annexum officium parochiale pro tali Ecclesiâ dignitati vel toti collegio. Dicitur 5. autoritate ecclesiasticâ constitutus; non enim ad Ecclesias parochiales regendas accedere licet, antequam legitima institutio unâ cum approbatione ad curam animarum accesserit.

Q. I. Quas obligationes inducit cura animarum in parochus?

R. I.

R. 1. Obligantur parochi ex jure divino reside-
re in parochiis & quidem in ipsa domo parochiali,
si parochiæ eandem habeant, nisi ordinarius permit-
tat, ut in alia domo (dummodo ex illa administra-
tione Sacramentorum & indigentis curæ abundè sa-
tisfacere possit) resideat, nec tantum corporaliter
debet adesse, ut per notabile tempus sine licentia
Episcopi, qui ultra bimestre, nisi ex gravi causa li-
centiam eandem extendere non debet, non absit,
sed etiam personaliter debet officium suum implere,
nec omnia sacellanis vel cōoperatoribus relinquere,
sed, maximè si nominatim vocetur & expectetur,
debet ire in persona, siue vocantes sint pauperes siue
divites, & ovium suarum benevolentia & amoris re-
spondere; si parochus dispensativè oblineat duas
parochias, debet residere in digniore, si verò ca-
nonicatum obtineat cum parochia, debet residere
in parochia, quia residentia in collegiata est Juris
humani, & residentia in parochiali est Juris divini;
parochus ratione infirmitatis, senectutis aut alte-
rius impotentia habens coadjutorem, nihilominus
residere tenetur; poterat olim parochus studiorum
causa cum licentia Episcopi abesse à parochia per
septennium cap. cum ex eo 34. de elect. in 6. lib. 1.
tit. 6. illud tamen privilegium juxta declarationem
congreg. per Trident. est revocatum, ex quo in susci-
piente beneficium curatum actualiter requiritur suf-
ficiens litteratura.

2. Parochi obligantur vel per se vel per alios po-
pulo missam legere, quotiescunque populus ex præ-
cepto ecclesiastico est obligatus missam audire, &
nisi ex officio vel alia obligatione parochiæ insepa-
rabiliter adhærente ad aliam intentionem missam
applicare debeat v. g. in die sepulturæ, exequiis
parochianorum, anniversario fundato, aut ratio-

ne beneficii parochiæ incorporati, tenetur, si reditus tennes sint, saltem diebus dominicis & festivis celebrare pro populo, quibus diebus non potest stipendium pro applicatione Missæ accipere ex decretis S. congregationis.

3. Obligantur parochi per se vel per alios idoneos diebus dominicis & festivis solemnibus populo verbum Dei prædicare, eumque de materiis fidei & morum ad salutem necessariis instruere, Catechesin servare, & juventutem Christianis dogmatibus erudire.

4. Obligantur ad ministranda Sacramenta non solum necessaria; ut Baptismum & Pœnitentiam: sed etiam utilia: ut Eucharistiam & extremam Unctionem, hoc modo: Sacramentum Baptismi infanti alias sine Baptismo morituro etiam cum periculo propriæ vitæ, Sacramentum Pœnitentiæ moribundo alias sine Pœnitentia discessuro cum simili periculo tenetur ministrare, Sacramentum Eucharistiæ tenetur parochus ministrare, quoties subditi illud rationabiliter petunt, tempore contagionis illud cum ordinario contagionis periculo tenetur præbere infectis, licet eos noscat per Sacramentum Pœnitentiæ esse dispositos: tum quia id habet praxis parochorum & ordinariorum ad id parochos compellentium; tum quia est moralis quædam necessitas hujus Sacramenti propter auxilium ad perseverandum in gratia illo mediante collatum. Denique Sacramentum extremæ Unctionis ministrare obligatur parochus sub gravi culpa, nisi justa causa excuset, tempore tamen contagionis, si sit morale periculum vitæ, & infirmus per Sacramentum Pœnitentiæ & Eucharistiæ præmunitus sit, ministrare non tenetur.

5. Obligatur parochus Infirmos visitare, eosque

in

in morbi & mortis angustiis juvare, & si periculum sit, quod infirmus in peccata mortalia post pœnitentiam relabatur, eidem usque ad mortem vel per se vel per alium idoneum assistere.

6. Obligatur denunciare vigiliis quorundam festorum aliosque dies in hebdomada occurrentes, quibus vel ex præcepto Ecclesiæ vel ex loci consuetudine vel ex lege ordinarii fidelibus est jejunaudum vel abstinendum, deinde dies festivos infra hebdomadam occurrentes, Matrimonium contrahere volentes tribus diebus festivis, nisi sit causa ob quam hæc denuntiationes possint omitti, aliaque secundum jussionem Episcopi denunciare debet, aliquas autem denuntiationes nempe indulgentiarum & novorum miraculorum sine speciali approbatione & jussione Episcopi facere non potest. Alias verò facere potest sine jussione Episcopi, sed facere non obligatur utpote: rerum perditarum vel inventarum &c.

7. Obligatur parochus annotare familias & personas subditorum, baptizatos in sua parochia cum nominibus parentum, si sint legitimi, & patrinorum, item diem & annum quo sunt baptizati; & liber parochi, in quo hæc annotantur, probat Baptismum, ætatem baptizatorum & cognationem spiritualem inter baptizatum, baptizantem, parentes & ejus patrilos, obligatur deinde annotare contrahentes Matrimonium cum testibus & loco contractus, undè etiam mortuis testibus absque aliis probationibus plenè probatur Matrimonium, debet annotare mortuos & sepultos in parochia, ex quo libro plenè probatur mors & sepultura alicujus. Demum confirmatos cum parentibus patrinis & Episcopo confirmante addito die, mense, anno & Ecclesia, in qua confirmati sunt.

Q. 2. Quænam sint Jura Parochi?

R. 3

¶ I.

§. 1. Jura parochi circa Sacramenta sunt, quod ipse solus sit ordinarius minister solemniter baptizans & spectato jure communi solus ministret Sacramentum Pœnitentiæ & Eucharistiæ, cui tamen per privilegia regularium (modo excipiatur communio paschalis, quam in Ecclesia parochiali tenentur fideles recipere) est derogatum. Deindè quod ipse solus exclusivè ad omnes regulares (quibus, exceptis suis familiaribus & domesticis, sub pœnâ excommunicationis latæ sententiæ administratio hujus Sacramenti est prohibita Clement, 1. de privileg. lib. 5. tit. 7.) administret Sacramentum extreme Unctionis. Quod ipse solus assistat matrimonio validè contrahendo in locis, in quibus receptum est Concilium Tridentinum.

2. Jura circa officia divina præter ante dicta sunt: benedictio fontis baptismalis, candelarum in die purificationis B. Virginis, cinerum in die cinerum, palmarum in die palmarum, institutiones processionum per parochiam. His aliisque Juribus annumeratur jus sepulturæ, quod nihil aliud est, quam facultas, ratione cujus parochianorum ex hac vitâ decedentium corpora debent in cæmiterio Ecclesiæ parochialis sepeliri: cum enim parochiani tempore vitæ à parochis percipiant Sacramenta, consequens est, quod ab eis etiam in cæmiterio parochiali supremos honores & justa funeralia consequantur, si ve intrâ sive extrâ parochiam obierint, dummodo tamen ad Ecclesiam parochialem commodè deportari valeant cap. 1. cap. 5. cap. 10. de sepult. lib. 3. tit. 28. cap. 1. cap. 3. eod. tit. in 6. lib. 3. tit. 12. & si in duabus parochiis quis domicilium vel etiam in alia quasi domicilium habeat, in ea, in qua est mortuus, tumulandus est, nisi alibi sepulturam gentilium aut hereditariam habeat, aut alibi sepulturam

ram

ram elegerit, quod liberum est omnibus, præterquam religiosi (nisi opportunè ad monasterium transferri non valeat) & filiis familias impuberibus. Licet autem eligere sepulturam extrà parochiam in cæmeteriis & sepulchris monasteriorum sive populum subditum habeant sive non cap. fraternitatem 3. de sepult. attamen hoc casu debetur parochio portio canonica de legatis piis, oblationibus & quibuscunque emolumentis ad aliam Ecclesiam intuitu funeris devolutis cap. 1. cap. 8. de sepult cap. 2. eod. tit. in 6. hæc tamen portio pro varietate locorum varia est, ac modo tertia, subindè media, nonnunquã quarta vocatur cap. 1. cap. 2. cap. 9. de sepult. Clement. 2. eod. tit. imò quoad legata pia multorum locorum non usu cessavit.

Q. 3. Qualis sit obligatio ad reparandam Ecclesiam parochialem?

R. De jure communi Ecclesia parochialis est reedificanda aut reparanda ex propriis redditibus, si tales habeat, si verò ex propriis redditibus reparari aut reedificari non possit, omnes qui fruntur redditibus Ecclesiæ, sive beneficiati sive Patroni pro ratâ ad dictam reparationem tenentur concurrere, constans hæc ex cap. de his 4. de Ecclesiis ædif. & in defectu dictorum Parochiani tenentur concurrere ad dictam reparationem, quod innovatum est à Trid. sess. 21. cap. 7. de reformat. ubi committitur Episcopis his verbis: *Parochiales Ecclesias, etiamsi juris Patronatus sint, ita collapsas refici, & instaurari procurent ex fructibus & proventibus quibuscunque ad easdem Ecclesias quomodocunque pertinentibus, qui si non fuerint sufficientes; omnes patronos & alios, qui fructus aliquos ex dictis Ecclesiis provenientes percipiunt, aut in illorum defectum Parochianos omnibus remediis opportunis ad prædicta cogant; quacunque*

appellatione, exemptione & contradictione remota:
 Et extenditur hoc per declarationem S. Congregationis relata ad idem cap. ad ædificationem vel reparationem domus Pastoralis, attendenda autem est in his consuetudo in loco vigens, in Archidiecepsi Coloniensi observatur hæc consuetudo: ut Parochus teneatur conservare Chorum, Patroni & decimatores navim Ecclesiæ, Parochiani turrim cum appendicibus,

Q. ultimò quodnam sit officium & quæ jurisdictio Decani ruralis sive Archi-Presbyteri?

R. Ejus officium describitur in cap. 4. de officio Archi-Presbyt. lib. 1. tit. 24. ubi in Synodo Ravennæ habita statutum. Ut singula plebes Archi-Presbyterum habeant propter assiduam erga populum Dei curam, qui non solum imperiti vulgi sollicitudinem gerat, verum etiam Presbyterorum, qui per minores titulos habitant, vitam jugi circumspeditione custodiat, & quæ unusquisque industriâ opus divinum exerceat, Episcopo suo renunciet, §. 1. Nec contendat Episcopus, non agere plebem Archi-Presbytero, quasi ipse eam gubernare valeat: quia etsi valde idoneus sit, decet tamen, ut sua onera partiatur, & sicut ipse majori Ecclesiæ præest, ita Archi-Presbyteri præ sint plebibus ut in nullo vitubet Ecclesiastica sollicitudo: cuncta tamen referant ad Episcopum, nec aliquid contra eius decretum ordinare præsumant. Ex quibus deducitur, quod de jure communi habeat Decanus ruralis externam jurisdictionem in inferiores Presbyteros, Clericos & plebem ipsis commissam: quia tales decani sunt veluti Vicarii episcopi, qui foris constituuntur ad gubernandum Clerum & populum, hæc tamen jurisdictio est omnino dependens ab Episcopo & ejus Vicario Generali, ita ut nihil contra eorum præcepta agere possint, & quæ dubia sunt vel gravioris momenti, ad eosdem referre debeant, quamvis minora seu leviora negotia per se ipsos determinare

&c

De O
 expedire
 vel de
 si ta
 skopo,
 sit, cen
 ptulis ru
 cario emit
 officio fid
 sine ca
 sine, cen
 ordinata,
 ralem ap
 tinariam ju
 habere di
 in alii Ecc
 mini, sed f
 qui vel con
 iudicio De
 hii locore
 sione defur
 corum,
 in eorum
 pisco de

Upono I.
 hicum
 rum, qu
 sine, alii
 de script. P
 principes:
 approba

& expedire possint; an autem hæc jurisdictio sit ordinaria vel delegata controvertitur: videtur distinguendum: si tales Decani constituentur immediatè ab Episcopo, qui eosdem quoque ad nutum amovere possit, censetur eorum jurisdictio delegata. Si verò à capitulis ruralibus eligantur & ab Episcopo vel ejus Vicario emissa fidei professione & præstito juramento de officio fideliter peragendo confirmantur, nec deinceps sine causâ à jure approbatâ ab officio amoveri possint, censetur eorum jurisdictio ordinaria Episcopo subordinata, ut ab iis ad Episcopum vel ejus vicarium generalem appellari possit; sive autem delegatam sive ordinariam jurisdictionem habeant, non tamen censentur habere dignitatem Ecclesiasticam vel personatum, sicut alii Ecclesiarum cathedralium & collegiatarum decani, sed simplex officium, unde nequeunt esse delegati vel conservatores Apostolici. Quousque hodie jurisdictio Decanorum ruralium extendatur, ex particulari locorum consuetudine & ordinariorum concessione desumendum est, est enim varia pro diversitate locorum, & in aliquibus valde exigua, ut potissimum eorum officium sit delicta & excessus Parochorum Episcopo denuntiare.

QUÆSTIO IV.

De potestate Laicâ.

Suppono 1. Potestatem laicam sive magistratum politicum utpote rem bonam & ad convictum humanum, qui subordinationem hominum, quâ alii subsunt, alii præsent, exigunt, necessariam esse à Deo teste script. Prov. 8. *Per me reges regnant.* Et infra. *Per me principes imperant.* Christus ipse magistratum civilem approbavit. Matth. 22. v. 20. *Reddite qua sunt*

caesaris caesari: Quod si caesari Ethnico & gentili Judæi qui tunc erant veræ fidei cultores, debitum præstare jubebantur, idem multò magis præstandum Christiano magistratum gerenti. Rom. 13. jubet Apostolus: *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non est enim potestas nisi à Deo... itaque qui resistit potestati Dei ordinationi resistit.* Scribebat autem Apostolus Romanis illo tempore, quo potestas civilis erat penes peccatores & Ethnicos, si ergo penes illos fuerit, eisque subesse debebant Christiani, multò magis est penes Christianos, qui majorem potestatem videlicet Ecclesiasticam & spiritualem habent.

Non obstant Varii textus, quos hæretici contra civilem magistratum adducunt; vel enim reprobant superbum & fastuosum dominatum ut Matth. 20. Principes gentium dominantur eorum; & qui majores sunt potestatem exercent in eos; non ita erit inter vos: & Luc. 22. Reges gentium dominantur eorum: & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur, vos autem non sic, sed qui major est in vobis, fiat sicut minor: & qui præcessor est sicut ministrator. Quibus verbis non reprobatur majoritas & præcedentia inter fideles sed solum arrogans elatio. Vel denegant hominibus absolutum & omninò independentem dominatum, qui Deo competit, qui pro libito rem mutare & annihilare potest & nullius rei est indigens, sicut alii improprie Domini & proprie solummodo Dei ministri, juxta illud Ps. 15. *Dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.* Propter quod verè dicitur Ephes. 4. v. 5. *Unus Dominus, una fides, unum Baptisma.*

Deinde si magistratus politicus esset res mala & Christianis illicita, jussisset utique Christus, ut illi, qui ad fidem convertebantur magistratum deponerent;

at verò regulus Joan. 4. in Christum credidit, pro-
 consul sergius Paulus Act. 13. ad fidem conversus est,
 sicut & Act. 10. Cornelius centurio, & in magistratu,
 quem gerebant, permanserunt; fueruntque multi san-
 ctitate illiustres, qui magistratum gesserunt, quod
 signum est veræ sanctitati magistratum politicum non
 adversari, licet alii propriâ malitiâ eodem abusi sint,
 sicut & optimis rebus quisque ad malum abuti po-
 test.

Suppono 2. Christianis magistratum gerentibus licet
 actus omnes magistratui politico proprios exercere,
 utpote leges ferre, judicia publica exercere, reipubli-
 cæ turbatores & facinorosos morte mulctare, bella tam
 contra fideles ad injuriam propulsandam aut reparan-
 dam, quam contra infideles suscipere, quæ omnia col-
 liguntur ex scripturâ & exemplis sanctorum, qui simi-
 lia sine ullo sanctitatis detrimento, imo sæpius ex divi-
 nâ jussione impleverunt, nec ob hoc reprehenduntur
 sed potius laudantur. Recolantur dicta 1. 2. Disput.
 XVIII. Q. III. Disput. XXII. Q. IV. hâc parte Disput.
 XVII. Q. IV. Disput. XXVI. Q. I.

*DICO: Saculares principes .. Catholicos .. Deus
 sanctæ fidei Ecclesieque protectores esse voluit .. ut
 quolargius bonis temporalibus, atque in alios potestate
 sunt ornati, eò sanctius, quæ Ecclesiastici juris sunt
 tanquam Dei præcepta ejusque Patrocinio lata vene-
 rentur.* Con. Trid. sess. 25. de reform. cap. 20.

Explicatur & probatur: Potestas politica & Spiri-
 tualis Ecclesiæ se habet ut corpus & anima in uno ho-
 mine; est enim potestas spiritualis quasi anima, &
 temporalis quasi corpus, ergo sicut corpus animæ, ita
 potestas temporalis spirituali debet servire; sicut enim
 finis, ad quem ordinatur potestas civilis, qui est tranquil-
 litas & felicitas naturalis, est subordinatus & servire de-
 bet

bet felicitati supernaturali, ad quam ordinatur potestas Ecclesiastica, ita etiam non supra sed infra potestatem Ecclesiasticam est potestas civilis in Ecclesia ordinata non tantum ut leges ferat bono communi politico utiles earumque executionem promoveat, verum etiam ut eadem præditi divinorum & Ecclesiasticorum Præceptorum observationem in suis subditis promoveant, ut tales Personæ duplicem habeant respectum: ut Personæ privatæ obligantur Dei & Ecclesiæ mandata servare quoad seipfos, ut personæ publicæ tenentur urgere eandem observantiam quoad sibi subditos pœnis eos coercendo: ut optimè S. Aug. Epist. 50. ferè circa medium demonstrat adducens illud Pl. 2. *Et nunc reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram, servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore: quomodo ergo [inquit] Reges Domino serviunt in timore, nisi ea, quæ contrà iussa Domini sunt, religiosâ severitate prohibendo atque plectendo? aliter enim servit, quia homo est, aliter, quia etiam Rex est: quia homo est, ei servit vivendo fideliter, quia verò etiam Rex est; servit leges iusta præcipientes & contraria prohibentes, convenienti vigore sanciendo. Probat deinde exemplis, qualiter malos coercendo Deo serviendum sit: sicut servivit Ezechias lucos & templa idolorum & illa excelsa, quæ contrà præcepta Dei fuerant constructa, destruendo. Sicut servivit Josias talia & ipse faciendo. Sicut servivit Rex Ninivitarum, universam civitatem ad placandum Dominum compellendo: sicut servivit Darius idolum frangendum in potestatem Danieli dando, & inimicos ejus leonibus ingerendo, sicut servivit Nabuchodonosor omnes in regno suo positos à blasphemando Deo lege terribili prohibendo. In hoc ergo serviunt Domino Reges, in quantum sunt reges, cum ea faciunt ad serviendum illi, quæ non possunt facere nisi Reges.*

Ex quibus sequitur 1. Quod Reges & Principes iustissime pœnis gravibus afficiant legis divinæ & Ecclesiasticæ contemptores & inter hos serviant Deo maximè Ecclesiam ejus ab hæreticis defendendo, hæreticos morte mulctando sicut pseudo. Prophetas occidit Elias 3. Reg. 18 v. 40. Jehu 4. Reg. 10. Idolorum sacerdotes occidit Iosias 4. Reg. 23. ubi valet illud, quod loc. cit. subjungit S. Aug. *Sicut meliores sunt, quos dirigit amor, ita multo plures sunt, quos corrigit timor.* Accedit, quod Christus falsâ docentes in lege novâ talibus rebus comparaverit, quas licet igne & ferro propulsare ita Matth. 7. comparat eos lupis rapacibus, similiter Apostolus Act. 20. v. 29. *Inirabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos non parcentes gregi.* Lupi autem rapaces optimo jure occiduntur. 2. Timot. 2. de hæresi dicitur: sermo eorum ut cancer serpit, sanatur autem cancer non medicamentis sed ferro: ipse Christus exterminationis hujus per potestatem civilem faciendæ exemplum dedit Joan. 2. Ejiciens flagello negotiatores è templo S. Petrus act. 5. Ananiam & Sapphiram, quia mentiri ausi fuerant Spiritui sancto, occidit. S. Paulus act. 13. falsum Prophetam, qui Proconsulem à fide impedire conabatur, cæcitate percussit. Per quæ exempla incitati Imperatores leges tulerunt, in quibus hæretici jubentur occidi ut L. manichæos 4. C. de hæret. Lib. 1. tit. 5. in quâ §. 4. *In mortem quoque inquisitio extendatur. Nam si in criminibus Majestatis licet memoriam accusare defuncti, non immeritò, & hic debet subire tale Judicium* L. Ariani 5. eod. tit. Jubentur Manichæi de Civitatibus pelli & ultimo supplicio tradi L. Quicumque 8. imperatores Valentinianus & Martianus in fine jubent: *eos qui discendi studio adierint de infaustrâ heresi disputantes decem librarum auri, qua fisco nostr. inferenda sunt, jubemus subire dispendium. Ultimo etiam supplicio*

coerceantur, qui illicita docere tentaverint. Addunt de libris: omnes verò huiusmodi charta ac libri, qui funestum Eutychetis scilicet & Apollinaris complexi fuerint dogma incendio concrementur, ut facinorosa perversitatis vestigia flammis combusta depereant: ex quibus (præterquam, quod Ecclesia hæreticos incorrigibiles vel relapsos velit brachio sæculari tradi, ut afficiantur morte corporali, quam Ecclesia lenitatem Christi, qui non occidit sed pro hominibus occisus est, imitans non infligit) tum hæreticos ferro flammaque exterminandos esse constat, tum eorum libros omninò abolendos. Ut statim latius ostendetur.

Non obstat 1. Quod hæc ratio hæreticos ab hæresi absterrendi sit valde immitis & dura.

Contra enim est: quod non excedat gravitatem criminis: gravior enim est pœna excommunicationis, quæ privat bonis spiritualibus, quàm sit pœna mortis, hæretici autem justè excommunicantur. Deinde nulla alia pœna est satis efficax ad hæreticos à nocumentis veræ fidei inferendis abstrahendos præter mortem ut docet experientia. Præterea alii criminosi ut falsarii justè occiduntur, hæretici autem sunt falsarii, qui verbum Dei falsificant. Non servantes homini fidem, ut adulteri justè occiduntur, Hæretici autem non servant Deo fidem. Denique triplex ex occisione hæreticorum sequitur utilitas: quia imprimis non possunt amplius nocere innocentibus, deinde alii nocentes ex illorum supplicio facilius corriguntur, demum ipsi maturè occisi impediuntur, ne majorem sibi damnationem acquirant.

Nec obest 2. quod Ecclesia impunè toleret Judæos, cur non etiam hæreticos?

Contra enim est 1. Judæi nunquam susceperunt fidem Christianam, hæretici susceperunt. *2.* Judæi Religionem colunt, quam Deus instituit saltem pro tempore, hæretici eam, quam Diabolus invenit,

3. Se-

3. Secta Judæorum est Ecclesiæ utilis: quia eorum libri sunt prophetiæ nostrarum rerum & eorum cæremonia figuræ nostrorum mysteriorum, & hinc probamus gentilibus nos non finxisse hæc vaticinia, quandoquidem servantur à nostris inimicis; denique Judæi ut plurimum non conantur pervertere Christianos, sicut faciunt hæretici.

Non obstat 3. Quod Christus de zizaniis & tritico dicat Matth. 13. v. 30. *Sinite utraque crescere usque ad messem*, & quod nemo sit compellendus ad fidem, propterea tantum gladio Spiritus, qui est verbum Dei, non autem gladio ferri contra hæreticos sit utendum.

Contra est quoad 1. Quod Christus velit tolerari loco cit. improbos, si sine dispendio & nocumento proborum extirpari non possint, atque significavit nunquam ex toto omnes malos esse eradicandos, quin bonis permixti sint, cæterum si hæretici sine detrimento boni communis extirpari possint, & sint satis noti, justissime exterminantur.

Quoad 2. Est quidem fides donum Dei, quod nolentes habere non possint, sed volentes amplecti debeant, nihilominus illi, qui propter susceptum Sacramentum fidei ad vivendum congruenter fidei obligantur, pœnis ad illud cogi possunt.

Quoad 3. Sicut in Ecclesia est gladius spiritualis quem stringunt Principes Ecclesiastici, ita est quoque gladius corporalis, quo utitur Ecclesia non per se, sed per Principes sæculares Catholicos, in cujus significationem discipulis Christo ante passionem jubenti Luc. 22. ut vendatur tunica & ematur gladius, dicentibus: ecce duo gladio hic: respondit Christus sufficere.

Sequitur 2. Quod Principes Catholici non debeant (nisi excuset majoris mali evitandi necessitas) permittere cuilibet liberum Religionis, ut vocant, exercitium: quia cum sine verâ fide, quæ unica est, non subsistat

verus Dei cultus, sicut Principes tenentur in subditis suis promovere verum Dei cultum ad quem secundum veræ fidei principia obligantur, ita etiam tenentur Ecclesiæ subditos compellere, ut in unitate fidei conveniant, neque minorem ejus curam gerere debent, quam publicæ tranquillitatis, quæ sine fidei unitate, in quâ Spiritus sanctus diversitatem gentium congregavit, subsistere non potest. de quo Epist. 50. cit. pulchrè S. August. *Quis mente sobrius regibus dicat: nolite curare in regno vestro, à quo tueatur vel oppugnetur Ecclesia Domini vestri, non ad vos pertineat in regno vestro: quis velit esse sive religiosus sive sacrilegus, quibus dici non potest, non ad vos pertineat in regno vestro, quis velit pudicus esse, quis impudicus? & quia vera fides illibata non potest in communitate servari, si passim in omnium manibus versentur libri hæreticorum, ad imitationem præcitatæ legis omni studio salutares Ecclesiæ constitutiones quibus hæreticorum scripta prohibentur, debent Principes adjuvare: quia semper zelosi Christiani libros hæreticorum abolere studuerunt, quod tum ex historiis, tum ex abolitis tot hæreticorum voluminibus constat; deinde ex libris hæreticorum plus mali in orbem Christianum invehitur, quam per colloquia: quia oratio in libris scripta est magis composita & artificii plena, quam quæ in colloquiis usurpatur, versanturque libri continuo in manibus, cum econtra colloquia sint rara cum hæreticis; demum libri latius sparguntur. Cum igitur colloquia hæreticorum sint impedienda, multo magis libri eorum sunt abolendi. De colloquiis autem patet ex verbis Apostoli ad Rom. 16. *Rogate autem vos fratres, ut observetis eos, qui dissensiones & offendentia præter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt, & declinate ab eis. . . Per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium.**